ANNO 1747.

21. Cum ad Theologos, Canonumque peritos hujus quæſtionis examen tranſiſſet, varii caſus propoſiti, ac diſcuſſi fuerunt. Infideles aliqui, cum hoc ſibi in animum induxiſſent, Baptiſmi gratia Infantes ſuos a morbis, Dæmonumque vexationibus liberatum iri, eo dementiæ adducti ſunt, ut mortem quoque minitati ſint Catholicis Sacerdotibus, qui, utpote eorum pravæ mentis conſcii, baptiſmum eorumdem liberis conſtantiſſime denegabant. *Navarrus in ſuo conſ. 5. de tit. Bapt.* reſpondit, pueros jam rationis compotes in caſu ejuſmodi a Baptiſmi fontibus repellendos, infantes vero omnino admittendos eſſe, qui adhuc rationis expertes ſint. Alii vero perperam ſentiunt, omnibus conferri baptiſmum poſſe, mors ut evitetur, dum materia ſolum, non autem forma adhibeatur. At huic ſententiæ refragatur Congregatio Sancti Officii coram Pontifice habita die 6. Septem. 1625. *Sacra Congregatio Univerſalis Inquiſitionis habita coram Sanctiſſimo, relatis literis Epiſcopi Antibarenſis, in quibus ſupplicabat pro reſolutione infraſcripti dubii: An cum Sacerdotes coguntur a Turcis, ut baptizent eorum filios, non ut Chriſtianos efficiant, ſed pro corporali ſalute, ut liberentur a fætore, comitiali morbo, maleficiorum periculo, & Lupis, an in tali caſu poſſint ſaltem ficte eos baptizare, adhibita Baptiſmi materia ſine debita forma? Reſpondit negative, quia Baptiſmus eſt Janua Sacramentorum, ac proteſtatio fidei, nec ullo modo fingi poteſt.* Hoc decretum typis editum extat in *Verricello de Apoſtolicis Miſſionibus tit. 5. ad verb. Baptiſmus quæſt.* 219. Neque hoc loco prætermittendum eſt, vigeſimam nonam inter propoſitiones ab Innocentio XI. damnatas die 2. Martii 1679. eſſe hujuſmodi: *Urgens metus gravis eſt juſta cauſa Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.*

Conferri nequit Baptiſmus, quum adeſt periculum perverſionis.

22. Si tamen mortis diſcrimen abſit, omnibus hæc opinio inſediſſe videtur, Baptiſmum conferre nefas eſſe, cum dubitari prudenter poſſit, id futurum, ut baptizatus tractu temporis a Catholica Religione deſciſcat; quod quidem experientia docet plerumque iis infantibus evenire, qui a Parentibus infidelibus oblati, ut ab infirmitate aliqua baptiſmo liberentur, poſtea vero in eorum educationem, ac poteſtatem revertuntur. Hoc idem comprobat ſuffragio ſuo *Caſtrus Palaus tom. 4. ſuorum operum Moralium tract. 19. diſput. unic. punct. 6. num.* 11. *Cardinalis Albizi de inconſt. in fid. c. 33. n. 47. Verricellus de Apoſtolicis Miſſionibus titul. 6. quæſt.* 113. *n.* 8. Hinc vero id ſequitur, quod ſi baptizatus infans non ad Parentes infideles rediret, ſed Chriſtiano cuipiam committeretur, is baptizari deberet, etiamſi non a Parentibus oblatus eſſet, ut Catholicus evaderet, verum ut ab ægritudine, ac morbo aliquo ſervaretur. Appoſite ita concludit Azorius *inſtitut. moral. par. 1. lib. 8. c. 25. quæſt. 6. Ex quo perſpicuum eſt, ejuſmodi infantes jure donari, & ablui Baptiſmo poſſe, quoties commodo occaſio obtulerit a patrio eos jure, & poteſtate liberandi.*

23. Negari profecto nequit grave perverſionis periculum in hac materia rem eſſe maximi momenti. Epiſcopus Quebec alias ſignificavit, barbarorum aliquot, etiamſi Chriſtianæ militiæ adſcriptos, nullum Religionis ſpecimen exhibere; hoc enim habent in more poſitum, ut ſtatim ac filius naſcitur, eum Chriſtianis offerant baptizandum, is vero ubi adolevit, a Religionis noſtræ ſanctimonia abhorret, parentum ſcilicet exemplo edoctus. Quare non ſine cauſa prædictus Epiſcopus poſtulavit, iis ne infantibus Sacramentum eſſet baptiſmatis conferendum? Huic petitioni diligenter expenſæ in Congregatione Sancti Officii habita die 3. Maji 1703. reſponſum fuit, Baptiſmum conferre infantibus non licere, qui filii Infidelium eſſent, atque in eorum poteſtate manſuri. Hoc tamen decretum eos excepit pueros, qui graviſſime ægrotantes vita periclitarentur: *Non licere, ſi ſint filii infidelium, & in poteſtate eorum relinquendi; ſecluſo tamen mortis imminentis periculo.* Licere autem, ſi filii quidem barbarorum ſint, ſed jam Chriſti militum, dum tamen, aut a viris Apoſtolicis illic degentibus, aut ab ipſis Parentibus, de Sanctæ Religionis præceptis, ac myſteriis edoceantur, cum

ado-

21. Paſſato l'eſame nelle mani de' Teologi, e Canoniſti, ſi ſono formati, e diſcuſſi varj caſi. Alcuni Infedeli ſono alle volte ſtati talmente perſuaſi, che col Batteſimo de' Criſtiani ſi ſarebbero i loro piccioli figli liberati dalle malattie, e dalle veſſazioni de' cattivi ſpiriti, che ſono arrivati a minacciare la morte ai Sacerdoti Cattolici, ch' eſſendo conſapevoli dell' intenzione degli offerenti, non volevano conferirglielo. Il Navarro *nel ſuo conſiglio 5. ſotto il titolo del Batteſimo* riſpoſe, non poterſi in queſto ſtato di coſe conferire il Batteſimo all'adulto, che ha l'uſo della ragione, ma bensì all'infante, ch' è ſenza l'uſo predetto. Altri malamente furono di ſentimento, che, per iſfuggire la morte, poteva ai predetti tutti darſi il Batteſimo, ſervendoſi della materia, e non adoperando le parole della forma. Ma ciò fu riprovato dalla Congregazione del Sant'Offizio tenuta avanti il Papa *nel giorno 6. di Settembre del* 1625. *Sacra Congregatio Univerſalis Inquiſitionis habita coram Sanctiſſimo, relatis literis Epiſcopi Antibarenſis, in quibus ſupplicabat pro reſolutione infraſcripti dubii: An, cum Sacerdotes coguntur a Turcis, ut baptizent eorum filios, non ut Chriſtianos efficiant, ſed pro corporali ſalute, ut liberentur a fætore, comitiali morbo, maleficiorum periculo, & Lupis, an in tali caſu poſſint ſaltem ficte eos baptizare, adhibita Baptiſmi materia ſine debita forma? Reſpondit negative, quia Baptiſmus eſt janua Sacramentorum, ac proteſtatio Fidei, nec ullo modo fingi poteſt.* Tal riſoluzione è ſtampata nel Verricello *de Apoſtolicis Miſſionibus al tit. 15. nella parola Baptiſmus, alla quæſt.* 219. E la venteſima nona fra le Propoſizioni condannate dalla ſa. mem. d'Innocenzo XI. *ai 2. di Marzo* 1679. è la ſeguente: *Urgens metus gravis eſt juſta cauſa Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.*

PONT. A. VII.

Non ſi deve conferire il Batteſimo, allorchè vi è pericolo della perverſione.

22. Preſcindendo poi dalla circoſtanza del pericolo di morte, ſembra eſſer comune l'opinione, non doverſi conferire il batteſimo, ogni qual volta ſi può temere, che il battezzato ſia col tratto del tempo per abbandonare la Santa Religione, il che pur troppo per lo più ſuccede in quegl' infanti, che offerti dai loro genitori Infedeli, acciò ſiano liberati col Batteſimo da qualche infortunio, ad eſſi ſi riconſegnano, e ritornano nelle loro mani, e ſotto la loro educazione. Così la diſcorrono il Caſtro Palao *nel tom. 4. delle ſue opere Morali al tratt. 19. diſput. unic. pun. 6. num.* 11. il Cardinal Albizi *de Inconſtantia in Fide al c. 33. n.* 47. il Vericello *de Apoſtolicis Miſſionibus ad tit. 6. quæſt.* 113. *ſotto il n.* 8. dal che poi deriva, che, ſe ſi daſſe il caſo, che il battezzato infante non doveſſe reſtituirſi al genitore Infedele, ma darſi ſotto la cuſtodia di perſona Criſtiana, potrebbe ad eſſo darſi il Batteſimo, ancorchè non foſſe ſtato offerto dal padre per farlo Criſtiano, ma per liberarlo da qualche malattia, o per altro fine temporale; come molto a propoſito conchiude l' Azorio *Inſtit. Moral. alla part. 1. lib. 8. cap. 25. queſt. 6. Ex quo perſpicuum eſt, ejuſmodi infantes jure donari, & ablui Baptiſmo poſſe, quoties commoda occaſio ſe ſe obtulerit a patrio eos jure, & poteſtate liberandi.*

23. Non può negarſi, che il grave pericolo della perverſione non ſia un gran punto per l'effetto, di cui ſi tratta. Il Veſcovo di Quebec altre volte eſpoſe, che alcuni di que' barbari benchè battezzati non eſercitavano verun atto di religione, ma che, ſubito che avevano un figlio, lo portavano acciò foſſe battezzato, e che i loro figli battezzati, quando erano fatti adulti, vivevano ſenza religione, ſecondo l'eſempio cattivo de' loro genitori; e chieſe, ſe ai predetti infanti poteva conferirſi il Batteſimo; ed eſaminataſi la domanda nella Congregazione del Sant'Officio tenuta *ai 3. Maggio del* 1703. ſi riſpoſe, che ciò non era lecito, quando gl'infanti erano figli d'Infedeli, e dovevano reſtare nelle loro mani; quando però non vi foſſe ſtato il pericolo di morte: *Non licere, ſi ſint filii Infidelium, & in poteſtate eorum relinquendi; ſecluſo tamen mortis imminentis periculo:* eſſer però lecito, ſe ſiano figli di barbari, ma già battezzati; laſciando poi a carico de' Miſſionarj, ed anche de' loro genitori, il dovergli iſtruire nella Santa Religione, quando foſſero arrivati agli anni della diſcrezione: *Licere vero, ſi ſint filii barbarorum baptizatorum; curandum tamen per Miſſionarios,*

ac

PONTI A. VII.

adoleverint. *Licere vero, ſi ſint filii barbarorum baptizatorum, curandum tamen per Miſſionarios, ac per ipſoſmet eorum parentes, ut, cum ad annos diſcretionis pervenerint, a ſe, vel ab aliis inſtruantur, præſertim in illis regionibus, ſi non prævideatur in promptu adfuturos Miniſtros Evangelicos, qui in hoc parentum commode ſupplere poſſint defectum.* In Servia audivimus pauperculas eſſe Chriſtianas mulieres invito cum Turcis matrimonii vinculo copulatas, quæ cum filium pariunt, eum Sacerdotibus offerre ſolent, ut baptizetur. Idcirco poſtulatum fuit, qui debeant in caſu hujuſmodi ſeſe gerere Sacerdotes. De hac re decretum habetur in noſtro Bullario *num.* 89. §. 8. *num.* 304., ubi apparet, conferendum eſſe baptiſmum, ſi conſtet, mortem oblato puero imminere: *Iſtarum vero filios, quos Parochis baptizandos exhibent, ubi eorum vitæ periculum imminere videatur, Sacro lavacro abluere prædicti Parochi minime dubitent, admonitis matribus, ut, ſi convaluerint, ipſos in Chriſtiana Religione educare ſedulo curent.* Si nullum adſit vitæ periculum, certa regula generalis ſtatuta non eſt, cum oporteat diligenter omnes expendere circumſtantias, & præſertim, *vel eos in Evangelicæ legis, & fidei cultu perſeveraturos, vel Chriſtiana educatione ab ejuſmodi matribus fraudatos. Mahometani patris impietatem ſecuturos eſſe.* Si Sacerdotes, poſtquam pie, & religioſe hoc negotium Deo commendaverint, æquum, bonumque exiſtiment, prædictos infantulos baptizare, id quidem facerent, matres tamen enixe admonerent de Chriſtiana Religione ſedulo edocendi.

24. Nos certe ingoramus, accidiſſe, ut Pater aliquis Hebræus Romæ, aut alibi infantem obtulerit Sacris Baptiſmi aquis tingendum, non quod eum cuperet Chriſtianum fieri, ſed a morbo aliquo liberari. Hoc ſi unquam eveniat; S. Auguſtini ſententia, nempe pravam parentum intentionem baptiſmati non obeſſe rite collato, præ oculis habita; & conjunctim communi opinione conſiderata, in hoc caſu baptiſmum minime negandum eſſe, dum nullum ſit periculum perverſionis, quod ſane eſt maximum, ſi baptizatus in Infidelium poteſtatem ſit rediturus; prudentum certe judicio rite luſtrari deberet infans, & Chriſtianis tradi, ut probe educatus, ætate, & ſapientia coram Deo proficeret; hoc autem ſi diligenter fieret, ut ſemper poſt Baptiſmi Sacramentum decet, nullum eſſet periculum perverſionis; quod vitari non poteſt, ſi Patri Hebræo filius reſtituatur; atque hoc pacto omnis etiam difficultas tolleretur, quæ ſæpiſſime in cauſa fuit, cur reſponſio categorica Miſſionariis negata ſit enixe poſtulantibus, liceret ne Baptiſmum conferre Infidelium Infantibus Sacro Fonte oblatis, non pietatis, non religionis cauſa, ſed rerum temporalium caducarumque cupiditate. *Vid. Card. Albizi cit. cap. 33. de Inconſtant. in Fide num.* 47.

25. Satis abunde diximus non ſolum de primo hujus partis capite, utrum nempe, invitis Parentibus, Hebræi infantuli baptizari poſſint: Verum etiam de ſecundo, an caſus unquam contingat aliquis, in quo id æque licitum ſit, ac decorum; ad tertium nunc accedimus, Baptiſmum videlicet Hebræis infantibus impertitum, cum fas non ſit, ratumne, an vero irritum haberi debeat.

III. An Baptiſmus etiam in caſibus non licitis collatum, validum ſit.

26. Nulla de hac re inter S. Thomam, & Scotum diſſenſio eſt, cum non in eam ſententiam diſputaverint, utrum Baptiſmus Hebræis infantibus ſine Parentum conſenſu conferri valide poſſit, verum an licite; ut prudenter animadvertit Cardinalis Lauria egregius Scotiſta *in tom. 1. lib. 4. ſententiarum diſp. 14. art. 5. num. 58. Et nota, quod ſermo non eſt de poſſe valido; quia ſi baptizarentur, certum eſt remanere baptizatos; ſed de poſſe licite, ideſt, an licite fiat, ſi baptizentur.* Durandus *in 3. ſent. diſt. 4. quæſt. 7. art.* 13. contendens irritum baptiſmum eſſe ſine conſenſu ſaltem interpretativo illius, qui baptizatus, ideo ſi hoc Sacramentum Hebræorum, aut Infidelium filiis, invitis Parentibus, impertitum fuerit; illud eſſe irritum omnino exiſtimat; ea ratione ductus, quod Infantulis non aliam, quam Parentum voluntas ſit, quæ ſi deſideretur, omnis deeſt

volun-

ac per ipſoſmet eorum parentes, ut, cum ad annos diſcretionis pervenerint, a ſe, vel ab aliis inſtruantur, præſertim in illis regionibus, ſi non prævideatur in promptu adſuturos Miniſtros Evangelicos, qui in hoc parentum commode ſupplere poſſint defectum.* Nella Servia, ci fu eſpoſto, eſſervi alcune povere donne Criſtiane, loro mal grado con nome di Matrimonio viventi in conturbenio co' Turchi, e che naſcendo loro qualche figliuolo, lo portano ai Sacerdoti, acciò ſia battezzato; ed in oltre fu domandato, come in queſto caſo dovevano regolarſi i Sacerdoti. Sopra ciò la riſpoſta è regiſtrata *nel noſtro Bollario al num,* 89. §. 8. *num.* 304. ed è, che ſi conferiſca il Batteſimo, ſe il battezzando è in pericolo di vita: *Iſtarum vero filios, quos Parochis baptizandos exhibent, ubi eorum vitæ periculum imminere videatur, ſacro lavacro abluere prædicti Parochi minime dubitent, admonitis matribus, ut, ſi convaluerint, ipſos in Chriſtiana Religione educare ſedulo curent:* e che, fuori del pericolo della vita, non davano veruna regola generale; avvegnachè foſſe d'uopo il conſiderare le circoſtanze, la principale delle quali era il vedere, *vel eos in Evangelicæ Legis, & Fidei cultu perſeveraturos, vel Chriſtiana educatione ab ejuſmodi matribus fraudatos, Mahometani patris impietatem ſecuturos eſſe:* e che, ſe dopo aver fatte orazioni al Signore, aveſſero i Sacerdoti creduto ben fatto il dare il Batteſimo ai predetti infanti, non laſciaſſero d' inculcare alle madri la grave obbligazione, che hanno, d'allevarli nella Criſtiana Religione.

ANNO 1747.

24. Non è che ſia, almeno a noſtra notizia, ſucceduto il caſo, che qualche Padre Ebreo abbia quì in Roma, o ne' paeſi a Noi cogniti, offerto qualche ſuo infante al Batteſimo, non per farlo Criſtiano, ma per liberarlo da qualche malattia: ma quando mai ſuccedeſſe, unendo la maſſima di Sant' Agoſtino, che la prava intenzione dell'offerente non guaſta il Batteſimo amminiſtrato nelle dovute forme, colla comune opinione, che non debba tralaſciarſi in queſte circoſtanze di conferire il pericolo della perverſione; che pur troppo v'è, quando il battezzato dee ritornare nelle mani dell'Infedele; chiaſcheduno ben vede, che l' infante dovrebbe battezzarſi, e che facendone conſegna ai Criſtiani per eſſere educato nella Santa Religione, (come ſempre dee farſi, dopo che ſi è conferito il Batteſimo) ſarebbe levato l' inconveniente della temuta perverſione, che vi ſarebbe, ſe ſi reſtituiſſe al padre Ebreo; e ſarebbe anche tolta di mezzo la grave difficoltà, per cui più volte ſi è tralaſciato di dare riſpoſta categorica ai Miſſionarj, quando richiedevano, ſe dovevano dare il Batteſimo agl'infanti offerti dagl' Infedeli al Batteſimo, non per motivo di Religione, ma per cauſe, e motivi temporali, come può vederſi appreſſo il Cardinale Albizi *nel cit. cap. 33. de Inconſtantia in Fide ſotto il num.* 47.

25. Ci ſembra d'aver detto quanto baſta non meno ſopra il primo punto, ſe ſenza il conſenſo de' loro genitori poſſano gl'infanti Ebrei eſſere battezzati, che ſopra il ſecondo, ſe vi ſiano caſi, ne' quali ciò poſſa eſſere lecito, e doveroſo. Per lo che ora tratteraſſi del terzo punto, in cui deve eſaminarſi, ſe il Batteſimo, quando foſſe dato agl'infanti Ebrei anche in quei caſi ne' quali non è lecito il darlo, ciò non oſtante ſia valido.

Se il Batteſimo dato nei caſi illeciti ſia valido.

26. Su queſt' articolo non vi è diſcrepanza fra S. Tommaſo, e Scoto, non eſſendo ſtata la diſputa fra di loro, ſe il Batteſimo conferito agl' infanti Ebrei ſenza il conſenſo de' genitori, foſſe valido, ma foſſe lecito, come ben avverte il Cardinal Lauria bravo Scotiſta *nel ſuo tom. 1. ſopra il 4. lib. delle ſentenze alla diſput. 14. art. 15. ſotto il num. 58. Et nota, quod ſermo non eſt de poſſe valido, quia, ſi baptizarentur, certum eſt, remanere baptizatos, ſed de poſſe licito, ideſt, an licite fiat, ſi baptizentur.* Il Durando fu quello, che *nel 4. delle ſentenze alla diſt. 4. quæſt. 7. num.* 13. ſoſtenendo eſſer nullo il Batteſimo ſenza la volontà almeno interpretativa di chi lo riceva, ha preteſo, eſſer nullo il Batteſimo dato a' figli d'infantile età degli Ebrei, e degl' Infedeli, ſenſa il conſenſo de' loro genitori; non avendo eſſi altra volontà, che quella de' predetti, e man-

cando

voluntas, cujus neceſſitas eſt ſane maxima, Baptiſma ut validum habeatur. Verum hæc Durandi opinio ſingularis nunquam aut plauſum, aut exiſtimationem nacta eſt; quod revera conſtet Baptiſmum eſſe ratum, ac validum, quotieſcumque Baptizantis voluntas cum forma & materia neceſſaria accedat. Quamobrem Durandi ſententiam Suarez falſam, Cajetanus a ratione alieniſſimam eſſe affirmant. Præfati argumenti, validitatem Baptiſmi collati ſine conſenſu Patris contra Durandum comprobantis, Silvius auctor eſt, doctiſſimus S. Thomæ ſectator *in 4. tom. in 3. part. S. Thomæ quæſt. 68. art. 10. Si Filiis quorumcumque Infidelium conferatur Baptiſmus, erit validus etiamſi Parentes ſint inviti, quia ſubjectum eſt capax, & Miniſter cum debita intentione adhibet ei materiam, & formam. Nihil autem aliud requiritur, ut Baptiſma parvulorum teneat; nam intentio Parentum eſt impertinens.* Et Fraſſen eximius Scotiſta *tom.* 10. *ſui Scoti Academici tract.* 10. *diſp.* 1. *art.* 2. *quæſt.* 3. Durandi ſententiam refellens, & ejuſdem argumento, hoc eſt, in Baptiſmo Infantium voluntatem deeſſe, ſi Parentum vel offerentium voluntas deſit, reſpondens admonet, Eccleſiæ voluntatem ſemper ineſſe: *Quid ſi nullus offerat, ſed ſolus Miniſter baptizet? Recte intelligitur reſpondere tota Mater Eccleſia, quæ in Sanctis eſt, quia tota omnes, tota ſingulos parit per voluntatem Miniſtri, ſuo, & Chriſtiani nomine baptizantis.* Quæ quidem reſponſio S. Auguſtino auctoritatem debet, qui in memorata epiſtola ad Bonifacium ſic ſcribit: *Offeruntur ad percipiendam ſpiritalem gratiam non tam ab eis, quorum geſtantur manibus, quam ab univerſa ſocietate Sanctorum, atque fidelium. Ab omnibus namque offerri recte intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorum ſancta, & individua charitate ad communionem Sancti Spiritus adjuvantur. Tota ergo Mater Eccleſia, quæ in Sanctis eſt, pueros geſtat, & offert, quia tota omnes, tota ſingulos offert.*

27. Argumentis per ſe clariſſimis, tantorumque auctoritate hominum corroboratis alia addere ſupervacaneum ducimus: quædam vero Congregationum reſponſa in medium proferre nullo modo non poſſumus, inter quæ primo loco afferemus illud Congregationis Sancti Officii *habita die 30. Martii 1638. Circa Baptiſmum datum parvulæ puellæ annorum trium circiter filiæ Hebræorum a Fauſtina Chriſtiana, invitis Parentibus, Eminentiſſimi Domini cenſuerunt, parvulam puellam eſſe vere baptizatam, concurrente materia, forma, & intentione; Baptiſmum probari unico teſte; & quamvis filii Hebræorum non poſſint invitis parentibus baptizari, ſi tamen de facto baptizentur, valere Baptiſmum, & characterem imprimi & filiam baptizatam penes Chriſtianos alendam; mulierem baptizantem acriter monendam, ut in poſterum caveat a ſimilibus; notificandum vero populo, non licere invitis parentibus filios Hebræorum baptizare, quia licet finis ſit bonus, media non ſunt licita præſertim ſtante Bulla Julii III. imponere pœnam mille ducatorum, & ſuſpenſionem baptizantibus filios Hebræorum invitis parentibus*. Ante hanc reſolutionem alia extat *die* 3. *Martii* 1643., cujus hæc ſunt verba: *Quæritur, an infantulus filius Judæi a Nutrice Chriſtiana baptizatus inſcio patre Hebræo, ſit vere baptizatus, & hujuſmodi baptiſmate teneatur, & apud quem debeat infantulus educari? Reſpondetur, infantulum eſſe vere baptizatum, Baptiſmumque eſſe validum, eumdemque educandum penes Chriſtianos, a quibus inſtruatur, & cum pervenerit ad uſum rationis, poſſe cogi ad perſeverantiam in Fide Catholica, eidemque providendum a patre, ſi habeat in bonis, ſin minus in neceſſariis ad minus ad ſuſtentationem*. Conveniunt aliæ quoque ejuſdem Congregationis reſolutiones, quarum altera emanavit *die* 23. *Decembris* 1698., altera die 8. Martii 1708., & a Leone *in ſuo Theſauro Fori Eccleſiaſtici part.* 4. *cap.* 4. *n.* 8. alia huic ſimilis producitur in Congregatione Concilii habita in cauſa Foſſani, quæ tamen cum regiſtris conferri non potuit.

IV. Quid faciendum, quando Infantes Hebræi baptizandi exponuntur, vel fuiſſe baptizatos notitia habetur.

28. Nihil aliud nunc reſtat, ut primæ parti finis imponatur, quam exponere, quid ſit faciendum, cum infantes Hebræi aut baptizandi offerantur, aut compertum ſit, eos jam fuiſſe ſacro baptiſmate initiatos,

cando ogni volontà, quando non v'è quella de' genitori. Ma queſta particolar opinione del Durando non ha mai avuto verun applauſo, o credito; non potendoſi dubitare della validità del Batteſimo, quando vi è intervenuta la volontà di chi lo conferiſce, e ſono intervenute la dovuta materia, e la dovuta forma: per lo che il Suarez qualifica la detta ſentenza per falſa, ed il Gaetano per irragionevole. L'argomento riferito poc' anzi per la validità del Batteſimo dato all'infante Ebreo ſenza il conſenſo de' genitori, contra l'opinione del Durando, è del Silvio bravo Tommiſta *nel 4. tom. ſopra la 3. part. di S. Tommaſo alla queſt.* 68. *art.* 10. *Si filiis quorumcumque Infidelium conferatur Baptiſmus, erit validus, etiamſi parentes ſint inviti, quia ſubjectum eſt capax, & Miniſter cum debita intentione adhibet ei materiam, & formam. Nihil autem aliud requiritur, ut Baptiſma parvulorum teneat; nam intentio parentum eſt impertinens*. Ed il Fraſſen valente Scotiſta *nel tom.* 10. *del ſuo Scoto Accademico al trat.* 10. *diſ.* 1. *art.* 2. *queſt.* 3. impugnando pure l'opinione del Durando, e riſpondendo al di lui argomento, che non vi è volontà nel Batteſimo de' fanciulli, quando non vi è quella de' genitori, o degli offerenti; avverte, che vi è ſempre la volontà della Chieſa: *Quia, ſi nullus offerat; ſed ſolus Miniſter baptizet? Recte intelligitur reſpondere tota Mater Eccleſia, quæ in ſanctis eſt, quia tota omnes, tota ſingulos parit; per voluntatem miniſtri, ſuo, & Chriſti nomine baptizantis*. E queſta riſpoſta è originale di S. Agoſtino, che nella ſoppracitata letera a Bonifazio così ſcrive: *Offeruntur ad percipiendam ſpiritualem gratiam non tam ab eis, quorum geſtantur manibus, quam ab univerſa ſocietate Sanctorum, atque Fidelium. Ab omnibus namque offerri recte intelliguntur, quibus placet quod offerantur, & quorum ſancta, & individua charitate ad communionem Sancti ſpiritus adjuvantur. Tota ergo Mater Eccleſia, quæ in ſanctis eſt, pueros geſtat & offert, quia tota omnes, tota ſingulos offert.*

27. Dopo così evidenti ragioni, appoggiate anche all' autorità d' uomini tanto gravi, reſta ſuperfluo in farne cumulo d' altre; ma non poſſiamo diſpenſarci dal portare alcune riſoluzioni delle Congregazioni, fra le quali ve n' è una della Congregazione del S. Officio *dei 30. di Marzo del 1638. Circa Baptiſmum datum parvulæ puellæ annorum trium circiter, filiæ Hebræorum, a Fauſtina Chriſtiana invitis parentibus, Eminentiſſimi Domini cenſuerunt, parvulam puellam eſſe vere baptizatam, concurrente materia, forma, & intentione; Baptiſmum probari unico teſte; & quamvis filii Hebræorum non poſſint invitis parentibus baptizari, ſi tamen de facto baptizentur, valere Baptiſmum, & characterem imprimi, & filiam baptizatam penes Chriſtianos alendam; mulierem baptizantem acriter monendam, ut in poſterum caveat a ſimilibus: notificandum vero populo, non licere invitis parentibus filios Hæbreorum baptizare, quia licet finis ſit bonus, media non ſunt licita, præſertim ſtante Bulla Julii III. imponente pœnam mille ducatorum & ſuſpenſionem baptizantibus filios Hebræorum invitis parentibus*. Prima di queſta riſoluzione ſe ne ritrova un altra *dei 3. Marzo del* 1633. ed eccone le parole: *Quæritur, an infantulus filius Judæi a nutrice Criſtiana Baptizatus, inſcio patre Hebræo; ſit vere baptizatus & hujuſmodi Baptiſmate teneatur, & apud quem debeat infantulus educari. Reſpondetur infantulum eſſe vere baptizatum, Baptiſmumque eſſe validum, eumdemque educandum penes Chriſtianos, a quibus inſtruatur, & cum perveniri ad uſum rationis, poſſe cogi ad perſeverantiam in Fide Catholica, eidemque providendum a patre, ſi habeat in bonis, ſin minus in neceſſariis ad minus ad ſuſtentationem*. Concordano altre riſoluzioni della ſteſſa Congregazione, una *de'* 23. *Decembre* 1668. e l'altra degli 8. *Marzo* 1708. e dal Leone *nel ſuo Teſoro del Foro Eccleſiaſtico alla part.* 4. *cap.* 4. *n.* 8. ſi porta una con mile riſoluzione della Congregazione del Concilio in una cauſa di Foſſano, la quale però da Noi non ſi è potuta ricontrare ne' Regiſtri.

IV. Che debba farſi, quando ſi portano gl' Infanti Ebrei per eſſer battezzati, o ſi ha notizia eſſer già ſtati battezzati.

28. Non reſtano per compimento della prima parte, che due punti; cioè il quarto, che debba farſi, quando gl' infanti Ebrei ſi portano per eſſer battezzati; o ſi ha notizia d' eſſere già ſtati battezzati,

tiato, demum quomodo probari poſſit eoſdem aquis ſalutaribus fuiſſe rite luſtratos; quæ poſtrema ſunt hujus primæ partis capita, & quorum explicationem paucis expedimus.

29. Nihil hoc cum iis infantibus nobiſcum eſt, qui vel ad ſacrum fontem ab iis feruntur, quibus id faciendi jus eſſe conſtat, vel qui juxta ſacrarum legum vim, invitis, licet, reluctantibuſque parentibus, ſunt baptizandi, ut ante demonſtravimus, de his, inquam, infantibus nullus hic ſermo eſt, quoniam patet, omnino eſſe ad ſacroſanctum regenerationis lavacrum elevandos. Ad eos itaque ſpectat hic ſermo noſter, qui baptiſmo neque a parentibus, neque ab aliis qui jus in eos habeant, offeruntur, ſed ab aliquo nullam habente auctoritatem. De iis præterea agitur, quorum caſus non comprehenduntur ſub ea diſpoſitione, quæ ſinit Baptiſmum conferri, etiamſi majorum conſenſus deſit: hoc quidem in caſu baptizari non debent, ſed ad illos remitti, quorum in poteſtate ac fide ſunt legitime conſtituti. Quod ſi jam ſacramento initiati eſſent, aut detinendi ſunt, aut ab Hebræis parentibus recuperandi, tradendique Chriſtifidelibus, ut ab illis pie, ſancteque informentur; hic enim Baptiſmi licet illiciti, tamen veri, validique, effectus eſt. Ex quibuſdam paulo ante citatis reſolutionibus hoc eruitur, quibus accedit Concilii Toletani quarti textus expoſitus *in Can. Judæor. diſt.* 26. *quæſt.* 1. *Judæorum filios, vel filias, ne parentum ultro involvantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputatos aut Monaſteriis, aut Chriſtianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut ſub converſatione cultum Fidei diſcant, atque in melius inſtituti tam in moribus, quam in Fide proficiant*. Si autem poſtquam adoleverint, ſuo ipſi infortunio Catholicam Fidem deſererent, & Hebræorum ritibus adhærerent, contra eoſdem legibus utendum eſſet, ut contra Hæreticos, juxta Decretalem Bonifacii VIII. *in Cap. Contra, de Hæreticis, in ſexto: Contra Chriſtianos, qui ad ritum tranſierint, vel redierint Judæorum, etiamſi hujuſmodi redeuntes, dum erant infantes &c. baptizati fuerunt, erit tamquam contra Hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos, ſeu Judæos convicti &c. procedendum.*

30. Dura nonnullis hæc ſententia viſa eſt, qui eamdem ut minus aſperam facerent, exiſtimarunt fas eſſe, puerulos Judæis parentibus reſtituere, dummodo ipſius parentes cautione, aut fidejuſſione data, ingenue ſpondeant, ab ſe filios, vix cum ad convenientem ætatem pervenerint, Chriſtifidelibus reſtituendos, nec quidquam contra fidem Catholicam edocendos. Ita opinatus eſt Calderinus *in ſuo Conſil. 3. de Judæis*, quem ſequutus eſt Graffius *in ſuis deciſ. caſ. conſcien. part.* 2. *lib.* 2. *c.* 23. *n.* 23. Verum hæc Calderini ſententia a cæteris omnibus erroris inſimulata fuit, ut Afflict. *deciſ. n.* 13. Sperel. *deciſ.* 1. *num.* 42. Seſſa *de Judæis cap.* 55. & *n.* 64. Piton. *Diſcept. Eccleſ. p.* 4. *diſcept.* 146. *dub.* 3. & *num.* 33. Card. Albizi *de Inconſt. in fide cap.* 11. *num.* 33. *Et vere ſcio in hac Sacra Congregatione*, loquitur de Congregatione S. Officii, *ſententiam Calderini in erroneam fuiſſe rejectam.*

V. Quomodo probetur Baptiſmum collatum fuiſſe Infanti.

31. In quibuſdam præfatis reſolutionibus innuitur, eum, qui Hebræorum filios ſine parentum conſenſu Baptiſmo luſtrare auſus fuerit, exceptis iis caſibus, in quibus hoc liceat, eum, inquam, pœna mulctandum eſſe; Baptiſmum autem unius teſtimonio comprobari. Ut primæ parti hujus noſtræ inſtructionis extrema manus accedat, nihil aliud reſtat, quam prædictarum reſolutionum judicium confirmare, & quidquid in iiſdem continetur, noſtra quoque ſententia ſtabilire. Baptizantis mentem eſſe ſanctam, rectamque non dubitamus; modus autem omnino illicitus habendus eſt; & ea quicumque facit, quæ Eccleſia fieri vetat, pro Judicis prudentia mulctari debet; pœna ſcilicet aut mitiori, vel ſeveriori, juxta circumſtantias. Additur etiam, qui infantes Hebræorum liberos baptizare ſolent, eos plerumque aut laicos, aut mulieres eſſe; quod neutris liceat, niſi neceſſitas interfuerit, ut videri poteſt *in Can. ad limina 30. quæſt. 2. in Can. Sanctum, in Can. in neceſſitate de Conſecr. diſt. 4. in Conc. Flor. Armen. inſtruct. In caſu autem neceſſitatis non ſolum Sacerdos, vel Diaconus, ſed etiam laicus, vel mu-*

ti; e l'ultimo, in qual modo ſi provi, che il Batteſimo ſia loro ſtato conferito: dai quali ci ſpediremo brevemente.

29. Non ſi parla di quegl' infanti, che ſono offerti da chi ha il gius d' offerirli per eſſere battezzati; nè tampoco di quegl' infanti Ebrei, che ſecondo la diſpoſizione delle ſacre Leggi debbonſi battezzare, ancorchè vi ſia il diſſenſo de' loro genitori, come di ſopra ſi è dimoſtrato: imperocchè in ciaſcuno dei detti caſi, è coſa chiara, che debbano eſſere battezzati. Parlaſi di quegl' infanti Ebrei, che ſono offerti al Batteſimo non dal loro genitore, nè da altri, che abbia gius ſopra di loro, ma da una perſona terza, che non ha tal qualità, ed in oltre di quegl' infanti, i caſi de' quali non ſono compreſi ſotto la diſpoſizione, che pemette il dar il Batteſimo ai medeſimi, benchè vi ſia il diſſenſo de' loro maggiori: ed in tale ſtato delle coſe non debbono eſſi eſſere battezzati, ma debbono eſſer rimandati a quelli, ſotto la poteſtà de' quali ſono legitimamente coſtituiti. Che ſe poi foſſero ſtati battezzati, debbono eſſi o eſſer ritenuti, o eſſer ricuperati dalle mani degli Ebrei, facendone la conſegna a' Criſtiani, acciò gli allevino criſtianamente, e queſto è l'effetto del Batteſimo valido, benchè illecito. Ciò vien dedotto ed accennato in alcune riſoluzioni poch' anzi citate, alle quali può aggiugnerſi il teſto del Concilio Toletano quarto riferito *nel Can. Judæorum, alla diſt.* 26. *quæſt.* 1. *Judæorum filios, vel filias, ne parentum ultro involvantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputatos aut Monaſteriis, aut Chriſtianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut ſub converſatione cultum Fidei diſcant, atque in melius inſtituti tam in moribus, quam in Fide proficiant*. E ſe creſciuti per loro diſgrazia abbandonaſſero la Fede Chriſtiana, e ritornaſſero all' Ebraiſmo, ſi dovrebbe procedere contra di loro, come contra gli Eretici, giuſta la Decretale di Bonifazio VIII. *nel Cap. Contra, de Hæreticis, in ſexto: Contra Chriſtianos, qui ad ritum tranſierint, vel redierint Judæorum, etiamſi hujuſmodi redeuntes, dum erant infantes &c. baptizati fuerunt, erit tamquam contra Hæreticos, ſi fuerint de hoc confeſſi, aut per Chriſtianos ſeu Judæos convicti &c. procedendum.*

30. Dura ad alcuni è ſembrata la predetta aſſerzione; e per renderla più agevole, hanno penſato, che dandoſi dai genitori Ebrei una ſicurtà di reſtituire i figli, giunti che foſſero ad un'età competente, obbligandogli alla Fede Chriſtiana, ſe gliene potrebbe fare la conſegna. Così opinò il Calderino *nel ſuo conſilio 3. de Judæis*, a cui anche aderì il Graffi *nelle ſue Deciſioni de' caſi di coſcienza alla part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 23. Ma l'opinione del Calderino è ſtata come erronea rigettata da tutti gli altri: Afflict. *deciſ.* 151. *n.* 13. Sperel. *deciſ.* 1. *num.* 42. Seſſa de *Judæis cap.* 55. e ſpecialmente *al num.* 64. Piton. *Diſcept. Eccleſ. part.* 4. *diſcept.* 146. *dub.* 3. e ſpecialmente *al num.* 33. Cardinale Albizi *de Inconſtantia in Fide al cap.* 11. *num.* 33. *Et vere ſcio in hac Sacra Congregatione*, parla della Congregazione del S. Officio di Roma, *ſententiam Calderini uti erroneam fuiſſe rejectam.*

V. Come ſi provi eſſere ſtato l'Infante battezzato.

31. In alcune riſoluzioni pure di ſopra riferite vien accennato, che chi ardiſce di battezzare i figli degli Ebrei ſenza il conſenſo de' loro genitori, fuori di quei caſi, ne' quali ciò è permeſſo, dev' eſſer punito, e che il Batteſimo ſi prova col teſtimonio d'un ſolo. Per compimento della prima parte di queſta Iſtruzione altro non reſta, che rimetterci alle predette riſoluzioni, confermando, quanto in eſſe ſi contiene. Chi battezza ſi può credere, che lo faccia per buon fine; ma il modo è illecito: e facendo quello, che la Chieſa non vuole che faccia, dev' eſſere ſeveramente punito con una pena arbitraria al Giudice, che dovrà o accreſcerla, o ſminuirla, ſecondo le circoſtanze. Si aggiugne, che chi per lo più battezza i predetti infanti Ebrei, è un laico, o pure una donna, il che nè all'uno nè all' altra è permeſſo, ſe non in caſo di neceſſità, come può vederſi *nel Can. Ad limina 30. quæſt. 2. nel Can. Sanctum, nel Can. In neceſſitate, de Conſecratione alla diſt.* 4. nell'Iſtruzione degli Armeni del Concilio Fiorentino: *In caſu autem neceſſitatis non ſolum Sacerdos, vel Diaconus, ſed etiam laicus, vel mulier,*

ANNO 1747.

mulier, imo etiam Paganus, & Hæreticus baptizare poteſt. Hoc etiam in trigeſimo octavo Concilii Illiberitani Canone ſtatutum eſt, *peregre navigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem, qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus, baptizare in neceſſitate*. Et quamvis Petavius *in not. ad Sanctum Epiph. pag.* 431. miretur, Concilium, etiamſi neceſſitas interfuerit, bigamis, ne quemquam baptizent, interdicere; *ergo ne a bigamis baptizari in tanta neceſſitate non licuit?* Mendoza tamen, & Albaſpineus ajunt, in Canone quemquam baptizari a bigamis interdici, cum plures adſint rei conficiendæ magis idonei, quod Catholicus Ethnico, laicus autem non bigamus jure ſit bigamo anteponendus. Jam vero baptiſmati comprobando unius ſufficere teſtimonium, vetus Juriſperitorum axioma eſt; ut videtur in Gloſſa *Cap. Nuper, ad verbum. niſi juratus, de teſtibus & atteſtationibus. Quandoque tamen bene creditur uni, quando non ſit præjudicium alicui; puta utrum aliquis ſit baptizatus, vel utrum eſſet Eccleſia conſecrata, & ubi quis vult probare ſe egiſſe pœnitentiam per Confeſſorem ſuum, Et in Can. Placuit, in verbo: teſtentur, de Conſecrat. diſt.* 4. *Creditur ergo teſtimonio unius in Baptiſmo, & in Conſecratione Eccleſiæ*. Hoc tamen intelligendum eſt, dummodo teſti aut mari, aut fæminæ, fides adhiberi prudenter poſſit, aut idem ſi teſtatur qui baptizavit; hic ſiquidem ſe ipſum aſſerens Baptiſmum Hebræo infantulo miniſtraſſe, non rem modo ab ſe geſtam, ſed etiam pœna digniſſimam ſuo ipſe teſtimonio confirmaret. In S. Spiritus Xenodochium, projectorum perfugium, feruntur non raro infantes chartam collo ſuſpenſam præſeferentes, in qua ſcriptum legitur jam Baptiſmum eidem collatum eſſe. Cum adhuc in minoribus a Secretis Sac. Congregationis Concilii munere fungebamur, Sancti Spiritus Parochus interrogavit, quid ſibi agendum eſſet in hujuſmodi caſibus? Propoſita quæſtio fuit in Congregatione *die* 18. *Decembris* 1723., *ut declarat Theſaurus reſolut. tom.* 2. *pag.* 412. *die autem* 15. *Januarii* 1724. ita reſcriptum fuit: Si non lateret, qui chartulam ſcripſerat, eidemque fides tuto præſtari poſſet, tunc infantem ut baptizatum habendum eſſe, ac ne Baptiſmo quidem initiandum *ſub conditione*, ut aperte liquet *in tom.* 3. *præfati Theſauri pag.* 2.

Secunda Pars.

32. Hæc ſunt, quæ breviter exponenda cenſuimus quoad primam partem ad Hebræorum infantes unice pertinentem. Itaque ad ſecundam deſcendimus, ſermonem de Hebræis adultis, ac ratione pollentibus habituri. Atque ut ordine utamur, & claritate, differemus, primo de iis, qui ultro Baptiſmum petunt, tum de iis, qui jam baptizati ad Eccleſiam ſe conferunt. Verum in primis conſtituendum eſt, quænam plerumque ea ætas ſit, in qua Hebræus ſponte Baptiſmum expetens, non infans, ſed ſui compos cenſendus eſt, & quodammodo adultus, atque hac quidem in re duos Juriſperitos, licet haud indoctos, cavere neceſſe eſt; Nattam ſcilicet *in conſil.* 454. *lib.* 2., & Burſat. *in conſil.* 231. *lib.* 3. quibus in caſu, de quo agitur, neceſſaria videtur duodecim annorum ætas; id autem perperam quibuſdam decretis probant æque antiquis, ac antiquatis. Hac in re conſulendus eſt ſedulus, accuratuſque Præſul Sperellus *in ſua deciſ.* 1. *num.* 32. *& duobus ſeq.*, ubi probat rationis uſum ab anno ſeptimo completo inchoari; idemque confirmaturus, præclara quædam in unum collegit Cardinalis Albizi *de inconſt. in Fide cap.* 12. *num.* 56. Ricciul. *in tract. de Perſonis extra gremium Eccleſiæ lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 3. Zaſius *in tract. de Judæis quæſt.* 2. Clericat. *de Juriſdict. diſcor.* 18. *num.* 25. Seſſa *de Judæis cit. c.* 43., quibus addimus Congregationis Concilii reſolutionem, quæ extat *lib.* 16. *Decretorum pag.* 233. *a tergo in* quadam cauſa Vilnæ: *Die* 16. *Julii* 1639. *Sacra Congregatio Concilii reſpondit filios Judæorum non eſſe invitis parentibus baptizandos, donec perveniant ad ætatem legitimam: & tunc, ſi ipſi conſentiant: Ætatem vero legitimam regulariter cenſeri completo ſeptennio*. Animadvertere opus eſt illud, *regulariter*, nam indicat oportere Præſidem Eccleſiaſticum etiam atque etiam conſiderare, quiſnam ſit Baptiſmi petitor, cum poſſit contingere, ut is etiam non completo ſeptennio ſufficienti ſit præditus ratione; ideoque baptizandus, invitis licet reluctantibuſque parentibus, ut ſa-

De Baptiſmo Judæorum adultorum.

Quando adultus dici poſſit.

pien-

mulier, immo etiam Paganus, & Hæreticus baptizare poteſt. Ciò pure fu anche ſtabilito *nel Can.* 38. del Concilio Illiberitano: *Peregre navigantes, aut ſi Eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem, qui lavacrum ſuum integrum habet, nec ſit bigamus, baptizare in neceſſitate*. E benchè il Petavio *nelle ſue Note ad Epifanio alla pag.* 341. ſi maravigli, come dal Concilio in caſo di neceſſità ſia il laico bigamo eſcluſo dal battezzare: *Ergo ne a bigamis baptizari in tanta neceſſitate non licuit?* Oſſervano però il Mendoza e l'Albaſpineo, doverſi intendere, che il Canone parla del caſo, in cui vi ſiano più perſone, che poſſano battezzare; dandoſi la precedenza al battezzato ſopra il pagano, ed al laico, che non è bigamo, ſopra il laico ch'è bigamo. E quanto alla prova del Batteſimo, che baſti un ſolo teſtimonio, è antico aſſioma de' Giuriſti, come può vederſi nella Chioſa *nel Cap. Nuper, nella parola niſi juratus, de teſtibus & atteſtationibus: Quandoque tamen bene creditur uni, quando non ſit præjudicium alicui; puta utrum aliquis ſit baptizatus, vel utrum eſſet Eccleſia conſecrata, & ubi quis vult probare ſe egiſſe pœnitentiam per Confeſſorem ſuum: e nel Can. Placuit, nella parola teſtentur, de Conſecratione, alla diſt.* 4. *Creditur ergo teſtimonio unius in Baptiſmo, & in Conſecratione Eccleſiæ*: il che però deve intenderſi, quando il teſtimonio, o maſchio, o femmina che ſia, è perſona, che meriti credenza, o pure foſſe quella ſteſſa, che ha battezzato; imperocchè atteſtando queſti d'aver battezzato l'infante Ebreo, non ſolo ſarebbe una teſtimonianza d'un fatto proprio, ma ancora d'un fatto, per cui deve eſſer punito. Si portano alle volte allo ſpedale de' projetti in S. Spirito alcuni infanti con una carta al collo, in cui ſi dice, che ſono ſtati battezzati. Nel tempo, che *in minoribus* eravamo Segretario della Congregazione del Concilio, il Parroco di S. Spirito interrogò, come doveva regolarſi in queſto contingenze. Fu propoſto il queſito nella Congregazione *dei* 18. *di Dicembre* 1723. come può vederſi *nel tom.* 2. *nel. Teſoro delle Riſoluzioni alla pag.* 412. e *nel giorno* 15. *di Gennajo* 1724. fu riſoluto, che, quando ſi ſapeva che avea ſcritta la poliza, e ch'era perſona degna di fede, ſi aveſſe l'infante per battezzato, e nemmeno ſegli deſſe il Batteſimo *ſub conditione*, come può vederſi *nel tom.* 3. *del citato Teſoro alla pag.* 2.

PONT. A. VII.

32. Ecco quanto abbiamo creduto di accennare in ordine alla prima parte di queſta Iſtruzione, ch'è riſtretta agl'infanti Ebrei. Ora ſuccede la ſeconda, che appartiene agli Ebrei adulti, cioè che hanno l'uſo della ragione. Ed anche in queſti deſiderando di camminare con chiarezza e diſtinzione, tratteraſſi in primo luogo di quelli, che chiedono d'eſſer battezzati; ed in ſecondo luogo di quelli, che compariſcono dopo eſſer già ſtati battezzati. Ma prima d'ogni altra coſa è d'uopo ſtabilire, quale per l'ordinario ſia quell'età, in cui dee ſupporſi che l'Ebreo, che chiede il Batteſimo, non ſia infante, ma capace di ragione, ed in una tal quale maniera adulto: nel che fa di meſtiere l'avvertire, doverſi guardare da due per altro buoni Giuriſti, cioè dal Natta *nel conſiglio* 454. *al lib.* 2. e dal Burſato *nel conſilio* 231. *al lib.* 3. che ne' termini, ne' quali ſiano, richiedono l'età di dodici anni; appoggiandoſi a certi inſuſſiſtenti antichi decreti. Sul che può vederſi il diligente Monſignore Sperello *nella ſua deciſ.* 1. *al. n.* 32. *e due ſeguenti*, che comprova, incominciare l'uſo della ragione, compito il ſettimo anno dell'età: pel quale aſſunto molte altre belle coſe ſono radunate dal Cardinale Albizi *de inconſtantia in Fide al cap.* 11. *n.* 39. dal Ricciul. *nel Trattato de Perſonis extra gremium Eccleſiæ al lib.* 2. *cap.* 33. *n.* 3. dal Zaſio *nel Trattato de Judæis alla quæſt.* 2. dal Clericato *de Juriſdictione alla diſcordia* 18. *n.* 25. dal Seſſa *de Judæis al cit. cap.* 43. alle quali da Noi aggiugneraſſi una puntuale riſoluzione della Congregazione del Concilio, ch'è *nel lib.* 16. *de' Decreti alla pag.* 233. *a tergo* in una certa cauſa di Vilna: *Die* 16. *Julii* 1639. *Sacra Congregatio Concilii reſpondit filios Judæorum non eſſe invitis parentibus baptizandos, donec perveniant ad ætatem legitimam; & tunc ſi ipſi conſentiant: Ætatem vero legitimam regulariter cenſeri completo ſeptennio*. Si oſſervi la parola *regulariter*, che da a divedere, eſſer d'uopo, che il Superiore Eccleſiaſtico apra gli occhi, eſamini ben bene chi chiede il

Seconda Parte.

Del Batteſimo dei Giudei adulti.

Quando poſſa dirſi adulto.

Bat-

PONT. A. VII.

pienter differit Sotus *in* 4. *ſententiar. diſt.* 5. *quæſt. unic. art.* 10. *diſt.* 2. *Certiſſima regula eſt, quod ſi citra illam ætatem certe conſtat, puerum Fidei Catechiſmis inſtructum ſatis intelligere, quidnam ſit baptizari, & quemadmodum ſit profeſſio Chriſtianæ legis, baptizandum eſt, quoniam ætas ad contrahendum matrimonium lege humana ſtatuitur; Lex autem divina Baptiſmi neutiquam ab humana dependet*.

33. Si vero de perfecto rationis uſu dubitaretur, & Baptiſmum implorantis capacitas anceps, ac incerta eſſet, cavendum eſt ab eorum ſententia, qui juxta tritum illud axioma, in dubio nimirum ſemper poſſidentis conditionem meliorem eſſe, contendunt, petentem Baptiſmum ad Hebræos, & ad patrem potiſſimum, ſi ſuperſit, neceſſario remittendum. Cavendum eſt, inquam, ne quis arbitretur ſententiam ejuſmodi approbandam, & axioma, cujus dumtaxat eſt ratio habenda in cauſa æquali: nulla vero æqualitas intercedit Hebræos inter, atque Chriſtifideles; ac multo minus inter patrem, & filium; quum alter patriæ poteſtatis jacturam ad breve tempus, damnum nempe leviſſimum evitaret; ærumnæ alter graviſſimæ provideret, hoc eſt mortem fugeret ſempiternam, cujus periculum certe ſubiret, regreſſus ad Infidelium curam, ac ſub patriam poteſtatem. Quare in ſupradictis caſibus ſacramentum eſt differendum, ſed hoc qui poſtulat retinendus, ac ſic interea informandus, ut idoneus evadat baptiſmati poſtmodum ſuſcipiendo.

34. *Suarez in* 3. *part. S. Thomæ tom.* 2. *quæſt.* 68. *art.* 10. *diſp.* 25. *ſect.* 3. *ad fin.* ſic ſcribit. *Ad cognoſcendum autem, an pervenerit parvulus ad eum ſtatum, & facultatem uſus rationis, utendum eſt ſignis, & conjecturis ex experientia deſumptis, & hominis prudentis arbitrio judicium ferendum eſt. Quod ſi ſigna non fuerint ſatis evidentia, tamen rem faciant dubiam, & aliquo modo probabilem, ſi neceſſitas non urgeat, expectari poteſt & debet commodior occaſio, & major cognitio*. Magni hujus Theologi auctoritas quidquid ſupra diximus mirifice probat, Baptiſmum nempe, donec dubio locus fuerit, protrahendum; adultum vero id temporis a Chriſtifidelibus detinendum procul a Genitoribus, ex his, quæ ſubjungimus aperte patet. *Cadinalis de Lugo lib.* 5. *reſponſ. moral. ad dub.* 3. hoc Romæ accidiſſe narrat ætate ſua: *Contigit Romæ, ut parvula quædam puella caſu inveniretur longe ab Hebræorum domibus, quæ interrogata da ſuis Parentibus, reſpondit, ſe parentes habere Hebræos, & velle fieri Chriſtianam. Conducta ergo ad Catechumenorum domum, parens petiit filiam ſibi reſtitui, quæ adhuc ſui juris non erat, nec rationis compos ad deliberandum de Religione*. Conſilium expetitum eſt ſapientiſſimi Cardinalis, qui poſtquam diligenter puellam examinaſſet, dubitavit, an perfecto rationis uſu præditam judicaret: *Conſultus ergo tunc fui, & examinavi puellam, nec perfectum rationis uſum affirmare potui, nec etiam ſufficientem negare, ſed manſi dubius*. Cum puella ſeptennium adhuc non compleviſſet, dubitaretque Cardinalis de perfecto rationis, uſu, Baptiſmum protrahendum eſſe reſpondit, & puellam interea apud Catechumenos detinendam: *Ego, quoniam puella illa ſeptennium non compleverat, & de ſufficienti rationis uſu dubitabatur, dixi, Baptiſmum quidem ſuſpendendum eſſe, donec cum pleno rationis uſu certo conſtare poſſet de ſufficienti ejus voluntate; interim tamen non debere, nec poſſe reſtitui, ſed cuſtodiæ cauſa retinendam in eadem Catechumenorum domo*. Atque ita geſtum eſt, ac puella deinceps, nova adhibita diligentia, baptizata fuit, ut videtur in fine prædicti Dubii IV. *Non erat controverſia, an puella baptizanda eſſet, ſed an Patri reddenda, in dubio de uſu rationis ſufficienti; in quo dubio de facto reddita non fuit; ſed in loco tuto depoſita, donec ſuo tempore, & explorata jam ejus voluntate, cum certiſſimo rationis uſu, baptizata fuit*.

35. Species facti, quam modo expoſuimus, de puella eſt, quæ ſeptennium nondum expleverat; ſi autem illud ſuperaſſet; & non conſtaret de perfecto

Batteſimo; potendoſi dare il caſo, che avanti ancora il compimento dell'anno ſettimo ſia il predetto dotato di ſufficiente uſo di ragione: nel qual caſo dovrebbe battezzarſi, non oſtante il diſſenſo de' genitori, come in queſti termini ben diſcorre il Soto *nel* 4. *delle ſentenze alla diſt.* 5. *qu. unic. art.* 10. *dub.* 2. *Certiſſima regula eſt, quod ſi citra illam ætatem certe conſtaat, puerum Fidei Catechiſmis inſtructum ſatis intelligere, quidnam ſit baptizari, & quemadmodum ſit profeſſio Chriſtianæ legis, baptizandus eſt; quoniam ætas ad contrahendum Matrimonium lege humana ſtatuitur; Lex autem Divina Baptiſmi neutiquam ab humana dependet*.

ANNO 1747.

33. Che ſe poi reſtaſſe qualche dubbio circa il perfetto uſo della ragione, e circa la capacità di quello, che domanda il Batteſimo, avvertaſi a non far capitale della maſſima di talluno, che appoggiandoſi all'aſſioma legale, eſſere in dubbio ſempre migliore la condizione di chi poſſiede, vuole, che nel detto dubbio il battezzando ſi rimandi agli Ebrei, e molto più al padre, ſe mai aveſſe padre; imperocchè la maſſima legale ha il ſuo vigore in cauſa eguale; nè può dirſi eguale la cauſa degli Ebrei, e de' Criſtiani, e nemmeno del padre, e del figlio; trattando il padre di ſfuggire un lieve danno, ch'è quello della patria poteſtà, per poco tempo; e trattando il figlio d'un graviſſimo danno, cioè dell'eterna dannazione, al pericolo della quale reſterebbe eſpoſto, ſe ritornaſſe a vivere fra gl'Infedeli, o ſotto la cura paterna: per lo che nelle ſopraddette circoſtanze dee ritenerſi chi ha domandato d'eſſer Criſtiano, e dee differirſi il Batteſimo, ed in queſto mentre ſi deve iſtruire, ed uſare ogni diligenza, acciò apprenda, e diventi capace, per eſſere poi a tempo e luogo battezzato.

34. Il Suarez *ſopra la* 3. *part. di S. Tommaſo al tom.* 3. *quæſt.* 68. *art.* 10. *diſput.* 25. *ſez.* 3. *verſo il fine*, così ſcrive: *Ad cognoſcendum autem, an pervenerit parvulus ad eum ſtatum, & facultatem uſus rationis, utendum eſt ſignis, & conjecturis ex experientia deſumptis, & hominis prudentis arbitrio judicium ferendum eſt. Quod ſi ſigna non fuerint ſatis evidentia, tamen rem faciant dubiam, & aliquo modo probabilem, ſi neceſſitas non urgeat, expectari poteſt & debet commodior occaſio, & major cognitio*. L'autorità di queſto grave Teologo comprova quanto poch'anzi ſi è detto, doverſi, ſtante il dubbio, differire il Batteſimo: ed il doverſi in queſto mentre ritenere l'adulto ſotto la cura de' Criſtiani, e non reſtituirſi ai genitori, ſi deſume da quanto or ora ſoggiugneremo. Nel tempo del Cardinale de Lugo, come eſſo racconta *nel. lib.* 5. *de' Reſponſi Morali al dub.* 4., accadde il caſo ſeguente quì in Roma: *Contigit Romæ, ut parvula quædam puella caſu inveniretur longe ab Hebræorum domibus, quæ interrogata de ſuis parentibus, reſpondit, ſe parentes habere Hebræos, & velle fieri Chriſtianam. Conducta ergo ad Catechumenorum domum, parens petiit filiam ſibi reſtitui, quæ adhuc ſui juris non erat, nec rationis compos ad deliberandum de Religione*. Fu conſultato il predetto dotto Cardinale, e reſtò in dubbio, ſe la regazza aveſſe, dopo averla eſaminata, il perfetto uſo della ragione: *Conſultus ergo tunc fui, & examinavi puellam; nec perfectum rationis uſum affirmare potui, nec etiam ſufficientem negare, ſed manſi dubius*: Non avendo la regazza pur anche compito il ſettennio, ed eſſendo dubbio il perfetto uſo della ragione, riſpoſe, che ſi differiſſe il Batteſimo, e che in queſto mentre la regazza reſtaſſe nella caſa de' Catecumeni: *Ego, quoniam puella illa ſeptennium non compleverat, & de ſufficienti rationis uſu dubitabatur, dixi, Baptiſmum quidem ſuſpendendum eſſe, donec cum pleno rationis uſu certo conſtare poſſet de ſufficienti ejus voluntate, interim tamen non debere, nec poſſe reſtitui, ſed cuſtodiæ cauſa retinendam in eadem Catechumenorum domo*. E così fu fatto: e la regazza, dopo fatte le nuove diligenze, fu battezzata, come ſi vede *nel fine del detto dubbio* 4. *Non erat controverſia, an puella baptizanda eſſet, ſed an patri reddenda, in dubio de uſu rationis ſufficiente: in quo dubio de facto reddita non fuit; ſed in loco tuto depoſita, donec ſuo tempore, & explorata jam ejus voluntate, cum certiſſimo rationis uſu, baptizata fuit*.

35. Il caſo propoſto è d'una regazza, che non aveva per anche compito l'anno ſettimo; ma quando anche l'aveſſe oltrapaſſato, e vi foſſe ſtato

il

rationis uſu, non ideo Hebræis Parentibus reddenda eſſet, ſed Chriſtianorum curæ mandanda. Etenim idem argumentum & ad puellam detinendam, & ad Baptiſmum protrahendum in utroque caſu valeat neceſſe eſt, *auctore Seſſa de Jud. cap.* 54. *num.* 8. *& ſeq. Ego vero adhærendum puto ſententiæ Henriquez, ut baptizari in dubio uſus rationis non debeat, ſive ſeptennium compleverit, ſive non &c. modo non urgeat periculum mortis &c. Erit tamen eo caſu a Parentibus ſegregandus, & in domo Catechumenorum, vel penes honeſtam mulierem collocandus, ad vitandum periculum, ne a Parentibus ſubvertatur*. Et ante Seſſam id docuerat Sotus loco cit. *Quid vero quando res eſſet aliquo modo dubia, nempe ſi bonæ eſſent conjecturæ, & indicia, puerum annum agentem octavum intelligere quid vellet profiteri, Baptiſmumque peteret? eſſet baptizandus, ac ſubinde ab eorum educatione ſubtrahendus.*

De iis adultis, qui Baptiſmum petierunt.

36. Tempore conſtituto, in quo Hebræus rationis compos prudenter cenſendus eſt, ſtatuto etiam quid ſit agendum, cum Baptiſmi petitor, an ſit idoneus, dubitatur; de iis jam diſſeremus, qui aut ab adoleſcentia, aut ætate etiam maturiori Baptiſmum poſtulant. Quoad hanc ætatem, Parentum conſenſum neceſſarium omnino non eſſe, auctor eſt Sanctus Thomas *in præf. loco id eſt in* 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 12. quo in loco diſputans de Baptiſmo Filiorum Hebræorum, diſſentientibus Parentibus, ſic ſcribit: *Poſtquam autem incipit habere uſum liberi arbitrii, jam incipit eſſe ſuus, & poteſt quantum ad ea, quæ ſunt juris Divini, vel naturalis, ſibi ipſi providere; & tunc eſt inducendus ad Fidem, non coactione, ſed perſuaſione, & poteſt etiam invitis Parentibus conſentire Fidei, & baptizari, non autem, antequam habeat uſum rationis*. Eadem vero repetit in 3. *part. quæſt.* 68. *art.* 10. *Reſpondeo dicendum, quod pueri infidelium filii aut habent uſum rationis, aut non habent. Si autem habent, jam quantum ad ea, quæ ſunt juris Divini, vel naturalis, incipiunt ſuæ poteſtatis eſſe: & ideo propria voluntate, invitis Parentibus, poſſunt Baptiſmum ſuſcipere, ſicut & matrimonium contrahere; & ideo tales licite moneri poſſunt, & induci ad ſuſcipiendum Baptiſmum.* Quæ quidem cum iis conveniunt, quæ ſcripta reliquit idem *Doctor Angelicus in quodlib.* 2. *art.* 7.

37. S. Thomæ doctrina de modo, quo Hebræi jam rationis compotes ad fidem Catholicam amplectendam inducendi ſunt, omnino congruit cum Sancti Gregorii ſententia *in Can. Qui ſincera, diſt.* 45. cujus hæc ſunt verba: *Qui ſincera intentione extraneos a Chriſtiana religione ad fidem cupiunt recta perducere, blandimentis, non aſperitatibus debent ſtudere, ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat revocare, pellat procul adverſitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos ſub hoc velamine a conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis, quam Dei cauſas probantur attendere.* Accedit Concilii Toletani IV. auctoritas *in Can. de Judæis diſt.* 45. *De Judæis autem præcipit Sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. Cui enim vult Deus, miſeretur; & quem vult, indurat. Non enim tales inviti ſalvandi ſunt, ſed volentes, ut integra ſit forma juſtitiæ. Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate ſerpenti obediens periit, ſic, vocante ſe gratia Dei, propriæ mentis converſione homo quiſque credendo ſalvatur. Ergo non vi, ſed liberi arbitrii facultate, ut convertantur, ſuadendi ſunt, non potius impellendi.* Idem ſentit Clemens III. in ſua Decretali, cujus hoc eſt exordium: *Sicut Judæi ſub tit. de Jud. & Saracen. Statuimus, ut nullus invitos, vel nolentes Judæos ad Baptiſmum venire compellat: Si quis autem ad Chriſtianos cauſa fidei confugerit, poſtquam voluntas ejus fuerit patefacta, Chriſtianus abſque calumnia efficiatur, quippe Chriſti fidem habere non creditur, qui ad Chriſtianorum Baptiſmum non ſpontaneus, ſed invitus cogitur pervenire.*

38. Nec plane obeſt huic ſententiæ auctoritas Adriani Pontificis, qui Baptiſmum a Carolo Ma-

il dubbio della ſufficiente capacità; non per queſto ſi ſarebbe potuto, o ſi potrebbe pretendere, che doveſſe rimandarſi; e non reſtare ſotto la cura de' Criſtiani; militando per la ritenzione della perſona, e dilazione del Batteſimo nell'uno, e nell'altro caſo la ſteſſa ragione, come ben riflette il Seſſa de *Judæis al cap.* 54. *num.* 8. *e ſegg. Ego vero adhærendum puto ſententiæ Henriquez, ut baptizari in dubio uſus rationis non debeat, ſive ſeptennium compleverit, ſive non &c. modo non urgeat periculum mortis &c. Erit tamen eo caſu a parentibus ſegregandus, & in domo Catechumenorum, vel penes honeſtam mulierem collocandus, ad vitandum periculum ne a parentibus ſubvertatur*: e prima di lui aveva inſegnato il Soto *nel luogo citato*: *Quid vero, quando res eſſet aliquo modo dubia, nempe ſi bonæ eſſent conjecturæ & indicia, puerum annum agentem octavum intelligere quid vellet profiteri, Baptiſmumque peteret? eſſet baptizandus, ac ſubinde ab eorum educatione ſubtrahendus.*

Di quelli adulti, che chiedono il Batteſimo.

36. Fiſſato il tempo, in cui regolarmente può dirſi, che l'Ebreo abbia l'uſo della ragione per l'effetto, di cui ſi tratta, e ſtabilito altresì quanto dee farſi, allora che ſi ſta in dubbio, ſe chi domanda il Batteſimo, abbia la ſufficiente capacità; entreremo nella materia di quelli, che, trapaſſata l'età infantile, o in età giovanile, o anche più avanzata, domandano d'eſſere battezzati: in ordine ai quali, ancorchè aveſſero padre, coſa certa ſi è, che il di lui conſenſo non è in verun modo neceſſario. Così inſegna S. Tommaſo *ne' luoghi ſopraccitati*, cioè *nella* 2. 2. *alla queſt.* 10. *art.* 12. ove diſcorrendo del Batteſimo de' figli Ebrei contra il conſenſo del Padre, così ſcrive: *Poſtquam autem incipit habere uſum liberi arbitrii, jam incipit eſſe ſuus, & poteſt quantum ad ea, quæ ſunt Juris Divini, vel naturalis, ſibi ipſi providere: & tunc eſt inducendus ad Fidem, non coactione, ſed perſuaſione, & poteſt etiam invitis parentibus conſentire Fidei, & baptizari; non autem, antequam habeat uſum rationis.* Ripete lo ſteſſo *nella* 3. *part. alla quæſt.* 68. *art.* 10. *Reſpondeo dicendum, quod pueri Infidelium filii aut habent uſum rationis, aut non habent. Si autem habent, jam quantum ad ea, quæ ſunt Juris Divini, vel naturalis, incipiunt ſuæ poteſtatis eſſe: & ideo propria voluntate, invitis parentibus, poſſunt Baptiſmum ſuſcipere, ſicut & Matrimonium contrahere, & ideo tales licite moneri poſſunt, & induci ad ſuſcipiendum Baptiſmum.* E concorda quanto lo ſteſſo Santo Dottore laſciò ſcritto *nel quodlibet.* 2. *all' art.* 7.

37. La dottrina di S. Tommaſo circa il modo d'indurre gli Ebrei già capaci dell'uſo di ragione ad abbracciare la Fede Criſtiana, è in tutto, e per tutto conforme alla maſſima di S. Gregorio *nel Can. Qui ſincera, alla diſt.* 45. ed eccone le parole: *Qui ſincera intentione extraneos a Chriſtiana Religione ad Fidem cupiunt recta perducere, blandimentis, non aſperitatibus, debent ſtudere, ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat revocare, pellat procul adverſitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos ſub hoc velamine a conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis, quam Dei cauſas probantur attendere*: ed a quella del Concilio Toletano quarto riferita *nel Can. de Judæis, alla ſteſſa diſt.* 45. *De Judæis autem præcipit Sancta Synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. Cui enim vult Deus, miſeretur; & quem vult, indurat. Non enim tales inviti ſalvandi ſunt; ſed volentes, ut integra ſit forma juſtitiæ. Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate ſerpenti obediens periit, ſic, vocante ſe gratia Dei; propriæ mentis converſione homo quiſque credendo ſalvatur. Ergo, non vi, ſed liberi arbitrii facultate, ut convertantur, ſuadendi ſunt, non potius impellendi.* E concorda Clemente III. nella ſua Decretale, che incomincia: *Sicut Judæi, ſotto il tit. de Judæis, & Saracenis: Statuimus, ut nullus invitos, vel nolentes Judæos ad Baptiſmum venire compellat. Si quis autem ad Chriſtianos cauſa Fidei confugerit, poſtquam voluntas ejus fuerit patefacta, Chriſtianus abſque calumnia efficiatur: quippe Chriſti Fidem habere non creditur, qui ad Chriſtianorum Baptiſmum, non ſpontaneus, ſed invitus cogitur pervenire.*

38. E benchè da taluno contra queſto ben aſſicurato ſiſtema ſi porti il fatto del Pontefice Adria-

gno Saxonibus vi collatum, ut fertur, comprobavit, cum infidelium ratio æque ac Hebræorum habenda ſit, juxta S. Thomæ ſententiam *in* 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 8. ubi ſic ſcribit: *Infideles quidam ſunt, qui nunquam ſuſceperunt fidem, ſicut Gentiles, & Judæi, & tales nullo modo ſunt ad fidem compellendi, ut ipſi credant &c. alii vero ſunt Infideles, qui quandoque fidem ſuſceperunt, & eam profitentur, ſicut Hæretici, & quicumque Apoſtatæ: & tales ſunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant, quod promiſerunt, & teneant, quod ſemel ſuſceperunt*. Nullius quoque momenti ſunt, quæ geſta fuerunt a Siſebuto Hiſpaniarum Rege, quem Concilium IV. Toletanum *cap. Majores, de Baptiſmo*, Principem Religioſiſſimum compellavit, propterea quod vi, ac minis Hebræos ad Baptiſmum impulerit, cujus veſtigiis inſtiterunt Rex Ægæa, Ferdinandus, atque Iſabella, ut videre licet in Mariana noviſſimæ editionis *ann.* 1733. *tom.* 1. *pag.* 202. *& in tom.* 3. *pag.* 184. *&* 211.

39. Placet hic vero nonnulla breviter adnotare; ac primo, Pontifex Adrianus gratulatus eſt quidem Carolo Magno, quod Saxones juſſiſſet ad Baptiſmum accedere; in ejus tamen epiſtola typis impreſſa *in tom.* 2. *Concil. antiqu. Galliæ pag.* 112., quod unum extat facti ejuſmodi monumentum, in ejus, inquam, epiſtola ne leviter quidem commemoratur modus, quo fuerant Saxones baptizati; deinde, iidem Saxones fidem Imperatori dederant, ſua ſe ſponte ad Baptiſmum venturos, quum armis ſuperati, & prælio victi ſe Carolo tradiderunt: *Spoponderunt ſe eſſe Chriſtianos, & ſe ſub ditione Domini Caroli Regis, & Francorum ſubdiderunt*: ut narrat Annalium ſcriptor Loiſſelianus *tom.* 6. *Annal. Eccleſiaſtic. Galliæ Patris le Cointe pag.* 110. Tertio, Rex Siſebutus non ubique fuit, neque ab omnibus commendatus; quapropter Rex Siſenandus imperavit, ut nulla vis in poſterum adhiberetur, quod Mariana teſtatur *tom.* 1. *pag.* 207. *Judæos amplius ad Religionis Chriſtianæ profeſſionem cogere nefas eſto*. Quarto, Religioſiſſimi nomen Siſebutus, non ſcientiæ merito, ſed pietatis cauſa, eſt conſequutus, *propter zelum, quem habebat, licet is non eſſet ſecundum ſcientiam*, ut notat *Silvius in* 2. 2. *S. Thomæ quæſt.* 10. *art.* 8. *concl.* 4. *§. Ad hoc tamen*. Quinto in Hiſpania per eam ætatem Eccleſiaſtica diſciplina nimis remiſſa erat; ideoque Epiſcopi non auſi ſunt Regum voluntati adverſari, uti animadvertit Natalis Alexander in ſua *Theologia dogmatica, & morali, de Sacr. Bapt. lib.* 2. *c.* 7. *propoſit.* 7. *ad fin. Mores illos in Hiſpaniarum Eccleſiis viguiſſe negari non poteſt, Epiſcopi Eccleſiaſticam diſciplinam ad nutum Regum ſuorum flectentibus; ſed ſaniorem fuiſſe, ut & antiquiorem, diſciplinam de Judæis ad fidem Chriſtianam per Baptiſmum non cogendis, perſpicuum eſt.* Demum Principum geſta legem præſcribere privatis nequeunt, cum fas ſit Regibus Infideles devictos, captivoſque ſuos vi ad Baptiſmum impellere, edictoque ſancire, ut illud accipere ſi recuſent, a Regno eliminentur; id autem Regibus licet non ſine cauſa: metuunt enim, ne ipſi aliquando ad rebellionem deficiant, aut alios ad infidelitatem perducere moliantur. Quamobrem S. Auguſtinus in epiſtola ad Vincentium, quæ nunc XCIII. eſt, olim XLVIII. poſtquam ſuam ſententiam ſemper fuiſſe ait; *neminem ad unitatem Chriſti eſſe cogendum*; hoc ad rem noſtram addit: *Legum terror, quibus promulgandis Reges ſerviunt Divino in timore, ita profuit, ut nunc alii dicant... gratias Domino, qui vincula noſtra diſrupit, & nos ad pacis vinculum tranſtulit.*

40. Hebræis igitur, ut Baptiſmum accipiant, vim facere nefas eſt; quare ſi quis Hebræorum, expleto jam ſeptennio, Catholicam Religionem amplecti cupiat, aut ſi non dubia, ſed certa ſignificatio detur, Hebræum aliquem prædictæ ætatis Baptiſmum petere, in hoc caſu tum Index, qui hoc admonet, eſt retinendus, tum Sacramenti petitor ex Hebræorum vico evocandus, Chriſtianiſque tradendus eſt, ut interrogetur, qua potiſſimum de cauſa velit ab Hebræorum inſtitutionibus ad Chriſti cultum accedere; diligenter demum inſtrui debet, ut paulo poſt edocebimus. Hac autem adhibita diligentia, ſi forte incapax inveniretur, iterum abſque dubio Judæis tradendus eſſet. *Et memini*, verba ſunt Cardinalis Albizi *de inconſt. in fid. cap.* 11. *ſub. n.* 38. *a Congregatione* Con-

no che diceſi aver approvato il Batteſimo, che Carlo Magno fece dare per forza ai Saſſoni, i quali, come Pagani, debbano valutarſi del paro con gli Ebrei, anche ſecondo la dottrina di S. Tommaſo *nella* 2. 2. *alla quæſt.* 10. *art.* 8. ove così ſcrive: *Infideles quidam ſunt, qui nunquam ſuſceperunt Fidem, ſicut Gentiles & Judæi; & tales nullo modo ſunt ad Fidem compellendi, ut ipſi credant &c. alii vero ſunt Infideles, qui quandoque Fidem ſuſceperunt, & eam profitentur, ſicut Hæretici, & quicumque Apoſtatæ; & tales ſunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant, quod promiſerunt, & teneant, quod ſuſceperunt*: ſi porti ancora il fatto di Siſebuto Re di Spagna, che nel Concilio quarto di Toledo, e *nel cap. Majores, de Baptiſmo*, vien chiamato col titolo di Principe religioſiſſimo, e che colle minaccie induſſe gli Ebrei a battezzarſi, al di cui eſempio anche ſi conformarono il Re Egea, Ferdinando, ed Iſabella, come può vederſi nel Mariana dell' ultima ſtampa *del* 1733. *nel tom.* 1. *alla pag.* 202. *e nel tom.* 3. *alla pag.* 184. *& alla pag.* 211.

39. Sia però lecito notar qui di paſſaggio, primo, che il Pontifice Adriano ſi rallegrò con Carlo Magno, che aveſſe fatto battezzare i Saſſoni, ſenza però, che nella di lui lettera ſtampata *nel tom.* 2. *de' Concilj antichi della Francia alla pag.* 112. e ch'è l'unico monumento del fatto, ſi faccia minima menzione del modo, con cui erano ſtati battezzati; ſecondo, che i Saſſoni avevano promeſſo di ricevere il Batteſimo, allora che furono ſoggiogati da Carlo Magno: *Spoponderunt ſe eſſe Chriſtianos, & ſe ſub ditione Domini Caroli Regis, & Francorum ſubdiderunt*, come racconta l' Annaliſta Loiſſeliano *nel tom.* 6. *degli Annali Eccleſiaſtici di Francia del Padre le Cointe alla pag.* 110. Terzo, che il fatto del Re Siſebuto non fu in tutto e per tutto approvato; per lo che il Re Siſenando ordinò, che in avvenire non ſi faceſſero ſimili violenze, come atteſta lo ſteſſo Mariana *nel tom.* 1. *alla pag.* 207. *Judæos amplius ad Religionis Chriſtianæ profeſſione cogere nefas eſto*; Quarto, darſi il nome di religioſiſſimo al Re Siſebuto, *propter zelum, quem habebat, licet is non eſſet ſecundum ſcientiam*, come dice il Silvio *nella* 2. 2. *di San Tommaſo alla quæſt.* 10. *art.* 8. *concluſ.* 4. *Ad hoc tamen*; Quinto, eſſerſi nella Spagna in que' tempi rilaſciata la diſciplina, non avendo avuto i Veſcovi il coraggio d'opporſi alla volontà dei Re, come ſoggiugne Natale Aleſſandro *nella ſua Teologia dogmatica, e morale, de Sacramento Baptiſmi al lib.* 2. *cap.* 7. *propoſit.* 7. *nel fine: Mores illos in Hiſpaniarum Eccleſiis viguiſſe, negari non poteſt, Epiſcopis Eccleſiaſticam diſciplinam ad nutum Regum ſuorum flectentibus; ſed ſaniorem fuiſſe, ut & antiquiorem diſciplinam de Judæis ad Fidem Chriſtianam per Baptiſmum non cogendis, perſpicuum eſt*; in ultimo, non potere i fatti de' Principi dar norma ai fatti de' privati, potendo i Principi sforzare gl' Infedeli debellati, e fatti loro ſchiavi in guerra, a ricevere il Batteſimo, e potendo con pubblici Editti intimare ad eſſi il partire da' loro Regni, ſe non ricevono il Batteſimo; o pel timore, che una volta poſſano eccitare una ribellione, oppure che poſſano tentare di pervertire gli altri; per lo che S. Agoſtino nella lettera a Vincenzo, che oggi è *la* 93., ed una volta era *la* 48., dopo aver detto, che il ſuo parere era ſempre ſtato, *neminem ad unitatem Chriſti eſſe cogendum*; così al noſtro propoſito ſoggiugne: *Legum terror, quibus promulgandis Reges ſerviunt Divino in timore, ita profuit, ut nunc alii dicant... Gratias Domino, qui vincula noſtra diſrupit, & nos ad pacis vinculum tranſtulit.*

40. Non è dunque la violenza adattata, o propria, per far che gli Ebrei ricevano il Santo Batteſimo; e però, comparendo qualche Ebreo, che ſia nell' età ſopraccennata, ch' è lo ſteſſo che dire, che abbia compito il ſettennio, regolarmente parlando, il quale dica di volerſi fare Criſtiano, o pure venendo dato avviſo, non dubbio, ma ſicuro, eſſervi chi nella detta età ſi moſtra volonteroſo di ricevere il Batteſimo, dee chi compariſce, eſſer trattenuto, e chi è denunziato, come ſopra, dee levarſi dal Ghetto, ed eſſer conſegnato a' Criſtiani, deve interrogarſi del motivo, per cui vuol fare il paſſo, deve iſtruirſi come or ora diremo; e quando uſate tutte le diligenze, ſi ritrovaſſe incapace, non vi deve eſſer difficoltà a rimandarlo. *Et memini* (ſono parole del

N 2

ANNO 1747.

Conſultorum Sancti officii revocatum fuiſſe ad examen puerum quemdam Hebræum, qui ſupponebatur petiiſſe Baptiſmum, & ad domum Catechumenorum redactus fuerat, qui tamen adeo hebetis ingenii viſus fuit, ut, etiamſi explevisset ſeptennium, nihilominus Patri Hebræo reſtitutus fuit.

41. Si contingat, ut Hebræorum aliquis ætate adultus Baptiſmum cupiat; is quidem eſt retinendus, aut e vico evocandus, dum ejus optimam voluntatem quiſpiam fide dignus atteſtatur. Magna hic vero diligentia opus eſt, experientia edocente, Hebræas ſeu mulieres, ſeu puellas frequenter ad Baptiſmum confugere, non Religionis, ſed matrimonii cauſa, quod nimirum Chriſtianum aliquem depereant: mares autem Chriſtianæ fidei deſiderium affectare, quod matrimonii jam contracti laqueos declinare cupiunt, & uxorem Hebræam relinquere, aut quod ære alieno gravati ſunt, ac ſolvendo impares. Atque utinam in præſentiarum non eveniret, quod Stephanus Tornacenſis ſcripſit in epiſt. XXXII. *Raro accidit, ut de plebis circumciſæ duritia in novam Eccleſiæ renatus infantiam, fideliter aliquis converſetur*. Hanc vocem *raro* ita interpretamur, ut non negemus perſæpe Hebræos ad veram fidem divinitus evocatos, ea feciſſe omnia, quæ bonos viros, & utiles Chriſtianos decent. Eorum Elenchum vide apud Poſſevinum, & Thomam a Jeſu *de converſ. gent. lib. 9. par. 2. cap. 1. pag.* 635. Præviam inſtitutionem multum ad hanc rem conferre fatendum eſt. Sapientes Inſtructiones pro Miſſionariis Romæ in lucem editæ an. 2699. pag. 187. hæc habent: *Enimvero comprobatum eſt experientia, Chriſtianos pejores non inveniri, quam qui ante competentem iſtructionem ad Baptiſmum admiſſi ſunt; quippe qua facilitate Chriſto nomen dederunt, eadem ut plurimum nuntium ei remittunt &c. quodque miſerabilius eſt, deteriores multo ſunt, quam ante Baptiſmum, & correctionis omnino impatientes*. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 6. cap. 6.* indicat, quæ adulto, ad Baptiſmum cum ſpirituali utilitate accipiendum, ſunt neceſſaria. Catechiſmus Romanus *par 2. de Baptiſmo* moram; & tarditatem in hoc negotio inculcat, cum mortis diſcrimen abeſſe videatur. *Dilatio aliquas videtur utilitates afferre; primum enim quantum ab Eccleſia providendum eſt, ne quis ad hoc Sacramentum ficto, & ſimulato animo accedat, eorum voluntas, qua ad Baptiſmum accedunt, magis exploratur, atque perſpicitur; deinde in fidei doctrina, quam profiteri debent, & Chriſtianæ vitæ inſtitutionibus erudiuntur perfectius*. Quoad ea, quæ ante Baptiſmum adulto credenda ſunt, animadverſione dignum eſt dubium, ſeu quæſtio ab Epiſcopo Quebec Sancti Officii Congregationi propoſita, definita 3. Maji an. 1703. *Utrum, antequam adulto conferatur Baptiſma, Miniſter teneatur ei explicare omnia Fidei noſtræ myſteria, præſertim ſi eſt moribundus, quia hoc perturbaret mentem illius; an non ſufficeret, ſi moribundus promitteret fore, ut ubi e morbo convaleſceret, inſtruendum ſe curet, ut in praxim redigat, quod ei præſcriptum fuerit? Reſpondetur, non ſufficere promiſſionem; ſed Miſſionarium teneri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non ſit, explicare myſteria fidei, quæ ſunt neceſſitate medii, ut ſunt præcipue myſteria Trinitatis, & Incarnationis*.

De illis, qui extra infantilem ætatem baptizati ſunt abſque eo, quod ipſi baptiſma petierint.

42. Hactenus verba fecimus de Hebræis adultis ultro Baptiſmum petentibus; modo, finis ut epiſtolæ imponatur, de iis ſermonem inſtituemus, quibus, infantium ætate expleta, nec ipſis quidem petentibus, Baptiſmus impertitur, ut re ipſa contigit in Viviani facto; unde oblata Nobis hujus epiſtolæ conſcribendę occaſio fuit. Is enim præter Infantes, filiam annorum novem Baptiſmate conſecravit, idem cum filio jam duodenni facturus, niſi aquam deficere comperiſſet. Eos itaque & retinere oportet, & diligenter inquirere, a quo baptizati ſint, an debita forma & materia adhibita; tum etiam oportet eos inſtruere & docere ſupplendo quicquid antea non factum fuit, ac fieri omnino debuit: Neque vero hæc ſatis ſunt, ſed nonnulla inſuper obſervari neceſſario debent.

43. Non raro fit, ut puer adhuc rationis impos in

del Cardinal Albizi *de Inconſtantia in Fide al cap. ristretto al num. 38.*) *A Congregatione Conſultorum Sancti Officii revocatum fuiſſe ad examen puerum quemdam Hebræum, qui ſupponebatur petiiſſe Baptiſmum, & ad domum Catechumenorum redactus fuerat: qui tamen adeo hebetis ingenii viſus fuit ut, etiamſi explevisſet ſeptennium, nihilominus patri Hebræo reſtitutus fuit.*

PONT. A. VII.

41. Capitando poſcia qualche Ebreo, o qualche Ebrea, d'età adulta, deſideroſi di ricevere il Batteſimo, debbono ancor queſti eſſere trattenuti, o debbono mandarſi a prendere, ſe ſi ha ſicura notizia, che vogliano eſſere battezzati. Ma quì è d'uopo raddoppiare le diligenze: dimoſtrandoci pur troppo la prattica, che alle volte le donne dicono di volerſi fare Criſtiane, non pel motivo della Religione, ma per maritarſi con qualche Chriſtiano, di cui ſono innamorate; che i giovani, e gli uomini, non pel motivo della Fede in Criſto, ma o per liberarſi dalla moglie Ebrea, o per eſſere pieni di debiti, e ridotti in miſeria, ſi moſtrano volonteroſi del Batteſimo; e Iddio pur voleſſe, che giornalmente non vedeſſimo avverato quanto ſcriſſe Stefano Tornacenſe *nella Lattera 32. Raro accidit, ut de plebis circumciſæ duritia in novam Eccleſiæ renatus infantiam, fideliter aliquis converſetur*. Il *raro* non eſclude, che alle volte non ſucceda, che qualche Ebreo convertito non rieſca un buono, ed utile Criſtiano. Ne fa un elenco il Poſſevino, e dopo di lui Thomas a Jeſu *de Converſione Gentium al lib. 9. part. 2. cap. 1. pag.* 635. La previa iſtruzione è quella, che molto può contribuire pel detto effetto: Nelle ſavie Iſtruzioni pe' Miſſionarj ſtampate in Roma *l' anno* 1996. *alla pag.* 187. così ſi legge: *Enimvero comprobatum eſt experientia, Chriſtianos pejores non inveniri, quam qui ante competentem inſtructionem ad Baptiſmum admiſſi ſunt; quippe qua facilitate Chriſto nomen dederunt, eadem ut plurimum nuntium ei remittunt &c. quodque miſerabilius, eſt deteriores multo ſunt, quam ante Baptiſmum, & correctionis omnino impatientes*. Il Concilio di Trento *nella ſeſſ. 6. al cap. 6.* addita ciò, ch' è d' uopo nell' adulto per ricevere con frutto ſpirituale il Santo Batteſimo. Nel Catechiſmo Romano *alla part. 2. de Baptiſmo* ſi accenna l'indugiare, quando non vi foſſe pericolo di morte: *Dilatio aliquas videtur utilitates afferre; primum enim, quantum ab Eccleſia providendum eſt, ne quis ad hoc Sacramentum ficto, & ſimulato animo accedat, eorum voluntas, qua ad Baptiſmum accedunt, magis exploratur, atque perſpicitur; deinde in Fidei doctrina, quam profiteri debent; & Chriſtianæ vitæ inſtitutionibus erudiuntur perfectius*. Ed in ciò, che appartiene all'iſtruzione in ciò, che debbono credere, notabile è il caſo propoſto dal Veſcovo di Quebec alla Congregazione del Sant' Offizio, e riſoluto da eſſa ai 3. *di Maggio del* 1703. *Utrum, antequam adulto conferatur Baptiſma, Miniſter teneatur ei explicare omnia Fidei noſtræ myſteria, præſertim ſi eſt moribundus, quia hoc perturbaret mentem illius; an non ſufficeret, ſi moribundus promitteret fore, ut ubi e morbo convaleſceret, inſtruendum ſe curet, ut in praxim redigat, quod ei præſcriptum fuerit? Reſpondetur, non ſufficere promiſſionem ſed Miſſionarium teneri adulto etiam moribundo, qui incapax omnino non ſit, explicare myſteria Fidei, quæ ſunt neceſſaria neceſſitate medii, ut ſunt præcipue myſteria Trinitatis, & Incarnationis*.

42. Fin quì ſi è trattato degli Ebrei adulti, che domandano il Batteſimo. Ed ora per dare il ſuo termine alla preſente lettera, fa di meſtiere il ragionare di quelli, che fuori dell' età infantile ſono di fatto, ſenza ch' eſſi l' abbiano richieſto, battezzati, come per appunto è ſucceduto nel caſo, che ha data l' occaſione alla preſente lettera, nel quale il Viviani ha battezzato, oltre le infanti, anche una figlia d' anni nove, ed avrebbe ancora fatto lo ſteſſo con un figlio d' anni dodeci, ſe non gli foſſe mancata l' acqua: e reſtrignendo il diſcorſo ai predetti, debbono ancor queſti eſſer trattenuti, deeſi indagare da chi è ſtato loro amminiſtrato il Batteſimo, ſe ſiaſi adoperata la dovuta materia, ſe ſiaſi adoperata la dovuta forma, debbono eſſere iſtrutti, ſupplendo dopo il Batteſimo a quanto non ſi è fatto, e dovea farſi, prima che ad eſſi foſſe conferito; ma v' è ancora qualche coſa di più da farſi.

Di quelli, che fuor dell' età infantile, ſenza chiedere il Batteſimo, ſono ſtati battezzati.

43. Il fanciullo, che non ha ancora l' uſo della ragio-

PONT. A. VII.

Intentio baptizati an requiratur, quando eſt extra Infantilem ætatem.

in rebus momenti maximi cogatur alienæ inſervire voluntati, quod ſolebat olim ex veteri diſciplina frequenter uſuvenire. Quos enim ab infantia parentes ad Monaſterium miſerant, ii toto vitæ ſpatio ſolicitudinem colere tenebantur, quamquam ubi adoleviſſent, ſeſe palam profiterentur ab inſtituto ejuſmodi abhorrere. *Vide Can. Audiſtis* 20. *quæſt.* 1. Atqui adultus alienæ obnoxius voluntati, niſi ſponte ſua obligari nequit: quare, quum Baptiſmo Catholicæ Religionis obſervantia conjuncta ſit, hinc ſane oritur, hoc ſacramentum non eſſe validum in adulto palam ac libere diſſentiente. Sanctus Thomas 3. *part. ad quæſt.* 68. *art.* 7. quærit: *Utrum ex parte baptizati requiratur intentio ſuſcipiendi ſacramentum Baptiſmi?* Et quibuſdam more ſuo propoſitis argumentis intentionem non eſſe neceſſariam probantibus, ita quæſtionem ſolvit: *Reſpondeo dicendum, quod per Baptiſmum aliquis moritur veteri vitæ peccati, & incipit quamdam vitæ novitatem &c. Et ideo ſicut ad hoc, quod homo moriatur veteri vitæ, requiritur, ſecundum Auguſtinum, in habente uſum liberi arbitrii voluntas, qua eum veteris vitæ pœniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat vitæ novitatem, cujus principium eſt ipſa ſuſceptio Sacramenti; & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, ſeu intentio ſuſcipiendi Sacramentum*. Gloſſa Canonica *in Can. Solet*, ad verbum, *implorandum, de Conſecratione diſt.* 4. intentionis neceſſitatem in adulto, qui baptizatur, non requirit, ſed baptizantis tantummodo ſatis eſſe affirmat. *Si baptizans intendit baptizare, qualemcumque intentionem baptizatus habeat, recipit Sacramentum: ſed, ſi non intendit baptizare, licet verba proferat, non eſt baptizatus*. Sed juxta Sotum *in 4. ſent. diſt. 5. quæſt. unic. art. 7. §. His igitur*, ſupradicta Gloſſa ſicut & alia *in cap. Majores, de Baptiſmo, tum contra veritatem, tum etiam contra textus ipſos aperte pugnant*. Ratio vero, qua Gloſſa innititur nempe baptizatum patientis partes agere in Sacramento, intentionem autem quoad agentem, minime quoad patientem neceſſario requiri, ratio, inquam, ejuſmodi refellitur a Sancto Thoma *loc. cit.* in reſponſione ad primum argumentum: *Ergo dicendum, quod in juſtificatione, quæ fit per Baptiſmum, non eſt paſſio coacta, ſed voluntaria; & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod ei datur*. Quidquid Sanctus Doctor in ſumma de hac voluntatis neceſſitate ſcripſit, jam antea declaraverat *in 4. Sentent. diſtinct. 6. quæſt. 1. artic. 6. quæſtiuncul. 3.*

44. Cum ergo voluntatis ſive intentionis in adulto, quoad Baptiſmum, neceſſitas certa ſit, is debet ideo interrogari, quo eſſet animo, aut voluntate, cum ab ſe non poſtulatum acciperet Sacramentum; fieri enim potuit, ut in ipſo actu intentionem habuerit accipiendi Baptiſmum, aut quoddam veluti lavacrum in Eccleſia ſolitum frequentari, aut ut profanam quamlibet lavacri ſpeciem. Nihil prohibet, quo minus ante Baptiſmum intentio fuerit illius, ut lavacrum eſt Eccleſiæ proprium, accipiendi, ea deinde intentione in ipſo actu caruerit, cum luſtraretur. Contingere item potuit, ut animo, ac voluntate extiterit Sacramento contraria, licet modeſtam vultus, ac corporis totius compoſitionem in accipiendo Baptiſmate præſeferret. Nihil demum impedimento eſt, quin ipſa rei novitate perculſus, nulla omnino voluntate, nec aſſentiendi ſcilicet, nec abnuendi fuerit; & fieri etiam poteſt, ut animo prorſus a ſacris myſteriis alieno, vel voluntate coacta & repugnante Baptiſmum acceperit.

45. Si quis adultus ad ſalutis fontem acceſſerit voluntate animatus accipiendi, non quodcumque lavacrum, ſed unice Eccleſiæ proprium, ac peculiare, Baptiſmum eſſe validum dubitari non poteſt. Ita Æſt. *lib. 4. ſent. diſt. 4. §. 10. In his enim ad veritatem Baptiſmi, ſive ad characteris ſuſceptionem omnino neceſſaria eſt intentio ſuſcipiendi Sacramentum, non tamen ut eſt lotio quædam in genere, ſed ut talis, qualem frequentat Eccleſia.*

46. Ve-

ragione, ſi ritrova molte volte obbligato per l' altrui volontà: il che bene ſpeſſo ſi vedeva nell' antica diſciplina, ſecondo la quale chi era ſtato offerto dal padre al Monaſtero, benchè foſſe in età infantile, doveva reſtar Monaco tutto il tempo di vita ſua, ancorchè arrivato agli anni della diſcrezione, ſi foſſe proteſtato alieno dalla profeſſione Monacale, come ſi vede *nel Can. Audiſtis* 20. *alla queſt.* 1. Ma chi ha l' uſo della ragione, non può reſtar obbligato ſenza la propria volontà; e contraendoſi nel Batteſimo l' obbligo di oſſervare la religione Criſtiana, di quì naſce, che non è valido il Batteſimo dell' adulto, ſe eſſo non ha la volontà, e l' intenzione di riceverlo. San Tommaſo *nella 3. par. alla queſt. 68. art.* 7. forma il queſito: *Utrum ex parte baptizati requiratur intentio ſuſcipiendi ſacramentum Baptiſmi*; e fatti, ſecondo il ſuo ſolito, alcuni argomenti per provare, che non è neceſſaria l' intenzione, così poi riſolve il queſito: *Reſpondeo dicendum, quod per Baptiſmum aliquis moritur veteri vitæ peccati, & incipit quamdam vitæ novitatem &c. Et ideo, ſicut ad hoc, quod homo moriatur veteri vitæ, requiritur, ſecundum Auguſtinum, in habente uſum liberi arbitrii voluntas, qua eum veteris vitæ pœniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat vitæ novitatem, cujus principium eſt ipſa ſuſceptio Sacramenti, & ideo ex parte baptizati requiritur voluntas, ſeu intentio ſuſcipiendi Sacramentum*. La Chieſa Canonica *nel Can. Solet*, alla parola, *implorandum, de Conſecratione diſt.* 4. crede non eſſer biſognevole l' intenzione nell' adulto, che riceve il Batteſimo, dando per baſtante l' intenzione di chi lo conferiſce: *Si baptizans intendit baptizare, qualemcumque intentionem baptizatus habeat, recipit Sacramentum: ſed, ſi non intendit baptizare, licet verba proferat, non eſt baptizatus*. Ma il Soto *nel 4. delle Sentenze alla diſt. 5. queſt. unic. art. 7. §. His igitur*, dice, che la detta Chioſa, come pure un' altra *nel cap. Majores, de Baptiſmo*, che concorda colla medeſima, *tum contra veritatem, tum etiam contra textus ipſos aperte pugnant*: e la ragione, che il battezzato è come paziente nel Sagramento, e che l' intenzione non ſi richiede per parte del paziente, ma per parte dell' agente, ch' è quella, a cui s' appoggia l' opinione della Chieſa, viene chiaramente tolta di mezzo da S. Tommaſo *nel luogo citato*, nella riſpoſta al primo argomento: *Ergo dicendum, quod in juſtificatione, quæ fit per Baptiſmum, non eſt paſſio coacta, ſed voluntaria; & ideo requiritur intentio recipiendi id, quod ei datur*. Quanto il S. Dottore dice nella Somma in ordine alla neceſſità della volontà nell' adulto nel ricevere il Batteſimo, fu da eſſo anche prima inſegnato *nel 4. delle Sentenze alla diſt. 6. queſt. 1. art. 6. queſtiuncul. 3.*

ANNO 1747.

Se ſi richiede l' intenzione del Battezzato, quando è adulto.

44. Eſſendo neceſſaria la propria volontà, o ſia l' intenzione di ricevere il Batteſimo, quando ſi tratta dell' adulto, per ben regolare le coſe, dee lo ſteſſo eſſer interrogato ſopra la volontà, o l' intenzione, ch' ebbe, quando gli fu conferito il Batteſimo ſenz' averlo domandato; potendo eſſo aver avuta in quell' atto l' intenzione di ricevere il Batteſimo, o come una lavanda, che ſi frequenta dalla Chieſa, o come una lavanda in genere; potendo aver avuta, prima di ricevere il Batteſimo, l' intenzione di riceverlo come una lavanda, che ſi coſtuma nella Chieſa, e non averla avuta nell' atto, in cui gli fu amminiſtrato; potendo aver avuta dentro di ſe una volontà affatto contraria, ancorchè eſteriormente riceveſſe il Batteſimo con ogni compoſtezza; potendo per la ſorpreſa fattagli non aver avuta nell' atto volontà di riceverlo, nè volontà di non riceverlo; potendo finalmente averlo ricevuto con una volontà forzata, e con poſitiva ripugnanza.

45. Ricevendoſi dall' adulto il Batteſimo con una preſente volontà di prenderlo, non come una lavanda in genere, ma come una lavanda, che ſi prattica dalla Chieſa, non ſembra poterſi dubitare della validità del medeſimo, come ben addita l' Eſtio *nel lib. 4. delle Sentenze alla diſt. 4. §. 10. In his enim*, parla degli adulti, *ad veritatem Baptiſmi, ſive ad characteris ſuſceptionem, omnino neceſſaria eſt intentio ſuſcipiendi Sacramentum, non tamen, ut eſt lotio quædam in genere, ſed ut talis, qualem frequentat Eccleſia*.

46. Ri-